1628


XVII. P. 4.

BIBLIOTECA NAZIONALE VITTORIO EMANUELE

6
6 G
6

Digitized by Google

XVIII.
IOANNES A SIENNO.



Non multum inſtructus SIENIENIVS, artibus, vt qui
A primis annis, caſtra ſecutus erat,
Pontificis tamen hunc ſenium cumulauit honore.
Ut mala ferre ſolet, ſic bona, longa dies.

Aſſumptus Anno 1577. mortuus 1582.

In eius tumulo tale inciſum extat carmen.

DIc mihi, quo titulo, vel quo ſit nomine dignus,
Hic, cuius tumulus, nobile corpus habet,
Hic fuit à Sienno, claro de ſanguine cretus,
Ipſe IOANNES, dextra animoque potens.
Acer in arma, Getas, Moſchum, Turcamq; ferocem,
Fudit, Obertini, prælia magna tulit.
Qui genitor, vidit natos, nataſque, nuruſque,
Diues opum, magnis diues amicitijs.
Qui poſt Caſtellanus erat, magnuſque Senator
Sarmatiæ, ex oris, vrbs Halicia tuis.
Qui deductus erat, grauis hanc Antiſtes in vrbem,
Miles erat, pater, & ,deniq; Præſul erat.

XIX.

IOANNES DEMETRIVS SOLIKOVIVS.



Te plebs, templa, ſcholæ, clerus, te clauſtra loquuntur,
Exemplar veræ, Relligionis eras.
Laus tibi ſuccreſcit de multis, inde ſuprema,
Seruiſti Domino, nocte dieque tuo.

Aſſumptus Anno 1583. mortuus 1603.

Leopoli ſepultus.

XX.
IOANNES ZAMOSCIVS.



Magnanimus, Prudens ZAMOSCIVS, atque locuples,
Patronus doctis, portus & aura bonis;
Metropolim ille ſuam, præ aliis, ornauit, & auxit,
Felix, quem virtus, & benefacta canunt;

Aſſumptus Anno 1604. mortuus 1614.
Leopoli ſepultus.

Huius

Huius ſepulchro tale ſuperadditum carmen.

Hic iacet inſignis Præſul, magnuſque Senator,

Grimalia de gente, Zamoſcius, ille IOANNES,

Simplicibus gaudens, vicij hoſtis, amator honeſti,

Exiguo diues, ſine luxu, largus in omnes,

Cuius vita fuit, pietas, prudentia, candor,

Morte nihil, præter corpus mortale peremptum.

Digitized by Google

XXI.
IOANNES AN-
DREAS PROCHNI-
CIVS.



ORbatum Clerum, populumque, dolore leuaſti,
Succedens magno, magnus & ipſe viro.
O vtinam DEVS adnumeret tibi tempora multa,
Conatuſque tuos, proſperitate iuuet.

Aſſumptus Anno 1614. viuit viuatq; diu feliciter.

Digitized by Google

173

VITÆ ARCHIEPISCOPORVM HALICIENSIVM ET LEOPOLIENSIVM.

PER

IACOBVM SCROBISSEVIVM CANONICVM LEOPOLIENSEM EDITAE.

LEOPOLI,

In Officina Typographica Ioannis Szeligæ, ARCHIEPISCOPALIS Typographi, A. D. 1628.

6. 6 4. 6



Tutus ab inuidia, ſub ijs inſignibus, ibis
Parue liber, Domino, nec nocitura tuo eſt.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO AC REVERENDISSIMO
in Chriſto Patri, & Domino,

D. IOANNI ANDREÆ PROCHNICKI, DE PROCHNIK,

Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia,
ARCHIEPISCOPO LEOPOlienſi, Abbatię Siećiechouienſis perpetuo Commendatario:

Patrono, & Prælato ſuo vnicè colendo.

IACOBVS SCROBISSEVIVS
Canonicus, Felicitatem.

AB EO STATIM TEMPORE, quo Eccleſiæ Metropolitanæ Leopolieñ, (cui Tu nunc ARCHIPRÆSVL Ampliſsime glorioſè prçes) aſſcriptus ſum, cogitare cæpi, quo nam pacto mei quoq; ſtudij, aliquod euidens teſtimonium erga eandem Eccleſiam extaret. Atq; cum hoc deflexu ætatis, voce populo DEI prodeſſe, vellem licet & cuperem, non poſ-

Digitized by Google

ſem, ad ſcribendum animum contuli, ſumpto initio ab ARCHIEPISCOPIS HALICIENSIBVS & LEOPOLIENSIBVS, tanquam ſummis Eccleſiæ DEI in RVSSIA apicibus, quorum Vitas ſoluta primum, deinde ligata dictione, præmiſsis compendio de initijs & incrementis Metropolis Ruſsiæ, cum ſcriptoribus rerum Polonicarum certis controuerſijs, breuiter conſcribere, te in primis monitore, ſuſcepi. Non me latebat Vitas ARCHIEPISCOPORVM Gneſnenſium, cum propter ſummam ANTISTITVM illorum auctoritatem, tum propter ſcriptoris Clementis Ianicij elegãtiã, & venuſtatem, non ſolum ab hominibus noſtris, ſed etiam ab externis iucundè legi. Nec ignorabam complures Cathedrales Eccleſias Regni Poloniæ, Epiſcoporum ſuorum Vitis elegãter conſcriptis gaudere. Propterea dolebam, Metropolitanos Ruſſiæ, tamdiu in tenebris deliteſcere, quorum virtute & vigilantia, magnam quoq; in Eccleſiam DEI, ac vniuerſum Regnum Poloniæ vtilitatem redundaſſe ſciebam. Nam tum demum firmiſsimo vinculo Ruſsia Poloniæ adhęſit, quãdo Romanæ religionis Cathedræ, in Ruſsia ſunt conſtitutæ. Quæſitus quidẽ ſæpe eſt à Regibus & Principibus Polonorũ Ruſsiæ Principatus, ſemper tamen ſolubili exitu. Boleſlaus Chrobrus, primus, iſquè fortiſsimus ac feliciſsimus Polonorum Rex, totam Ruſsiam in ſuam poteſtatem redegerat; quo morte ſublato, rurſum ad ſuum ſtatum redijt, iugo Polonorum excuſſo. Tentauit poſtea Boleſlaus, cui Audacis nomen conſimilia facinora dederant, recuperare amiſſa. Tentarunt hoc idem, & alij Principes, conatu non conſiſtente. Tandem Caſimirus Magnus, de quo noſter Poëta,

Iure ſuum nomen Maximus eſſe poteſt,

videns Principatus & Imperia, non magis Marte, quam conſilio & religione parari & conſeruari: ideo ſubacta Ruſsia, & in Prouinciam redacta, Eccleſias Latinas in eadem Prouin-

cia erexit, ac fundauit, Metropoli Haliciæ poſita, atque ab eo tempore, Ruſsia à Polonis non defecit. Succeſſu verò temporis, Wladiſlaus Iagello pientiſsimus Princeps, ſedem Archiepiſcopalē Halicia Leopolim trāſtulit, vti ad locum tutiorem, nec tam crebris hoſtium inſultibus obnoxium, vnde cum acceſsione Archiepiſcopalis dignitatis, ciuitas hæc ſe in nouum ſplendorem induere cœpit.

ARCHIEPISCOPOS ergo Prouinciæ Ruſsicæ, produco in lucem, & hos inprimis in Tuo conſpectu ſtatuo ARCHIPRAESVL Illuſtriſsime, præſento Anteceſſores, Succeſſori digniſsimo; Antiſtites, Antiſtiti optimo; Senatores, Senatori ampliſsimo; Paſtores, Paſtori vigilantiſsimo. Lucet in his generis ſplendor, & tibi genus ſplendidiſsimum, ab ipſis Ducibus de Bybel, qui olim in Ruſsia & Hungaria lōgè lateq; īperitarunt, deductū; eminet in multis zelus pro Eccleſia & patria, & tu pio zelo Eccleſiæ & Patriæ, nullo loco dees; prædicatur horū religionis amor, & tu in promouenda relgione dies noctesq; inuigilas; celebratur aliorum erga oppreſſos & pauperes liberalitas, tu ad iuuandos & ſubleuandos pauperes & afflictos, natus eſſe videris; cōmendatur in multis erga clerum beneuolentia, te oēs parētis loco, pro tua in nos paterna benignitate, habemus & veneramur; laudatur in alijs humanitas, & in adeundo facilitas, tu humanitate etiā cum infimis certas; claret aliorum erga bonos & doctos propenſior affectus, tu bona ingenia fouere & promouere nunquam deſinis; celebratur quorundā, in ornanda Eccleſia, & ampliatis eius bonis, ſingularis munificentia, tu de ornamentis & incrementis Eccleſiæ tuæ, cogitare nunquam ceſſas. Et quod alij ſperare vix potuerunt, tu in hac rerum & tēporum iniquitate, Suffraganeam dignitatē ad ornamentum Eccleſiæ, ac totius Prouinciæ Ruſsicæ primus in tuam Metropolim induxiſti. Quod ſi Dñus pacē afflictæ Ruſsiæ aliquando dederit, & Tibi diuturniores Vitæ dies conceſſerit (quod

Digitized by Google

omnes ſperamus & optamus) ea te effecturum confidimus, quæ in poſteritate decus perpetuũ, & tuam immotalem gloriam, tueantur. Suſcipias igitur Archipræſul Illuſtriſsime, hos magnos Sacerdotes, in tuũ ornatiſsimũ domicilium, & libellum hunc, qui eorũ nomina & acta continet, ſignata cõpendio, quẽ tuo Amplíſsimo nomini dico, & conſecro, atq; in patrociniũ tuum ac tutelam tuam depono, tanquam obſidem perpetuæ in te meæ obſeruantiæ, beneuolo animo accipet meq; ipſum quod ſoles, gratia tua complectere, ita me ad alia præſtanda, quæ ab ingenij mei tenuitate proficiſci poterunt, (modo vita ſuperſit) tanto alacriorẽ reddes, quãto acceptiorẽ, hanc meã qualẽcũq; opellam tibi fuiſſe cognouero; quæ qualis qualis illa eſt, tota tua eſt, quia tuo monitu, & benedictione tua, perfecta. ita vt hoc opuſculum, ſit tuæ pietatis in prædeceſſores tuos monimentũ. Deum precor, vt Tibi addat plures ãnos felices, quo Eccleſiæ DEI, & patriæ longum prodeſſe valeas. Leop: die S. Ioannis Chryſoſtomi Archiepiſcopi Conſtantinopolitani. Anno Domini M. D C. X X. V I I I.

Digitized by Google

DE INITIIS, ET INCREMENTIS, METROPOLIS RVSSIÆ.

CAPVT. I.

CIRCA initia & incrementa Metropolis Ruſsiæ, ſcriptores rerum Polonicarum in varias contradictiones & perplexitates inciderunt, eò; quia Annales & Priuilegia Eccleſiarum, Monaſteriorum, & Magiſtratus Ciuitatis Leopolienſis, non viderunt. Cromerus (vt ab eo, qui primus eſt in Polona Hiſtoria, incipiam) lib. 12. Hiſtoriæ ſuæ ita ſcribit. Caſimirus Rex, miſſis Auinionem, ad Vrbanum V. Pontificem Maximum, Innocentij ſucceſſorem, oratoribus, impetrauit, vt in Ruſsia Cathedra Metropolitica inſtitueretur. Et hoc eodem anno perfectum eſt, (videlicet 1361.) primuſq; Archiepiſcopus Leopolienſis Criſtinus fuit, homo Equeſtris Ordinis, quanquam non memoretur cuius gentis fuerit, à Gneſnenſi Archiepiſcopo præſente Rege conſecratus. Hoc loco Cromerus, primum Archiepiſcopum Ruſsiæ Criſtinum Leopoli ponit, qui pri-

mus Ha-

mus Haliciæ Archiepiſcopus prçſedit. Niſi fortè idem illi ſit Archiepiſcopus Haliciæ & Leopolienſis, cũ vna, & eadem Cathedra ſit, vna & eadem dignitas & Iuriſdictio: tum ex poſteriori fieri denominationem vetus verbum habet. Quemadmodum qui à prima fundatione Smogorowień, Epiſcopi erant, & dicebantur, nunc Wratiſlauień ſunt, & dicuntur. Et qui olim Kruſwicień, nunc Wladiſlawień, & qui ab initio Wlodimirień iam Luceorienſes Epiſcopi ſunt & apellantur, ex trãſlationis loco. Ita primus Leopolień Criſtinus dici poteſt, ex cauſis allegatis, qui primus Halicienſis fuit. Deinde idem Cromerus lib. 13 Dlugoſſi ſenẽtiã & ſuã coniecturam proferens, rei veritatem non eſt aſſecutus, dum dicit. Cum Ludouico vber & fertile ſolũ Ruſsiæ placuiſſet, & frequentari eam à Catholicæ fidei cultoribus animaduerteret, miſſa Auinionem, ad Gregorium eius nominis Vndecimum Pont. Max. legatione, effecit, vt duæ ibi Cathedræ Epiſcopales, nimirũ Præmiſliæ, & Wlodimiriæ, Haliciæ verò Archiepiſcopalis inſtitueretur. Ita quidem Dlugoſſus. Sed ſi prius Leopoli Metropolis inſtituta fuit, quẽadmodum nos ſuperius, ex eiuſdem Dlugoſsi ſententia prodidimus, Epiſcopatũ Haliciæ inſtitutũ eſſe oportet. Vna enim Archiepiſcopalis eſt

in Ruſsia

in Ruſsia, & ea quidem Leopoli. Ego initio Leopoli Epiſcopalẽ Cathedram regnante Caſimiro inſtitutam fuiſſe dixerim. Neque enim Archiepiſcopus vſquam inſtituitur, qui nullum in ditione ſeu Prouincia ſua Epiſcopum habeat, ſicut tunc in Ruſsia nullus fuit: ſed cum Ludouici opera, plures Epiſcopi fuerint, Metropolim Haliciæ cõſtitutam eſſe, quæ poſtea Leopolim tranſlata ſit, Epiſcopatu Camenceneciam tranſlato. Hæc Cromerus. cuius vti coniectura, ita & ſententia Dlugoſsi ſubſiſtere non poſſunt.

CAPVT II.

LEopoli Cathedram Epiſcopalem, antẽ Metropoliticam nunquam fuiſſe: ſed à ſuſcepta fide Catholica Romana, ſolam Parochialem Eccleſiã perſtitiſſe, vſque ad Annum Dñi 1414, quo Metropolis Halicia Leopolim tranſlata eſt, Wladiſlai Iagellonis Poloniæ Regis glorioſiſsimi temporibus. iſta probant.

Primo Commiſsio Gregorii Papæ XII. in Petrvm Viſz Epiſcopum Cracouienſem, in Anno Domini 1407, ad inſtantiam Ioannis Rutheni Rectoris Parochialis Eccleſiæ S. Mariae in Lemburga (hoc enim nomine prius Leopolis vocabatur, ex Germanico, quaſi Leonis propugnacu-

lum) Halicieñ Diœceſis, contra Conſules, Ciues, ac Opidanos in Lēburga, occaſione quarundam Decimarum, de agris, hortis, piſcinis, molendinis, ac ceteris in iure contentis, à qua Commiſsione præfatæ partes recedentes, vt quæſtiones, & anfractus Iuris in toto reſcinderēt, ad amicabilem compoſitionem, & arbitramentum deuenere, electis cauſæ totius & controuerſiæ Arbitris, Nicolao Wigandy Decretorū Doctore, Decano Præmiſlieñ Canonico S. Ægidij in Ciuitate Cracouienſi, & Nicolao Peiſer S. Theologiæ Profeſſore, Archidiacono Sandomirieñ. Qui quidē Arbitri & Arbitratores, atque amici compoſitores, accepti inter prædictas partes, & inter Reuerendiſsimum in Chriſto Patrem D. Iacobvm Dei Gratia Archiepiſcopum Halicienſem, pro ſuo intereſſe comparentem in cauſa Decimarū, in quarum poſſeſsione ſe fuiſſe, & eſſe aſſerebat, definierunt, & arbitrati ſunt, iuxta arbitramenti contēta. Cracouiæ Anno quo ſupra 1407, Indictione Quindecima, die Menſis Nouembris Octaua, Pontificatus prælibati Sāctiſsimi in Chriſto Patris & Domini D. Gregorii Diuina prouidentia Papę XII. Anno ipſius primo.

Secundo. Idem colligitur ex arbitramento Matthiae Epiſcopi Præmiſlieñ, quod fecit Anno ſubſequenti 1408, inter prænominatum Hono-

rabilem

rabilem & diſcretum Ioannem Rutheni, Rectorem Eccleſiæ Parochialis S. Mariæ in Lemburga, parte ab vna, & Religioſos Fratres Leonardum, tunc Vicarium in partibus Ruſsiæ, ceteroſquè Fratres conuentus & cænobij S. Crucis, ibidem in Lemburga, Ordinis Minorum. nec non Maternum, tunc Vicarium in eiſdem partibus Ruſsiæ, alioſque Fratres Conuētus glorioſi Corporis Chriſti Ordinis Prædicatorum, ibidem in Lemburga, Diœceſis Haliciensſis, parte ab altera: de & ſuper fonte Baptiſmali, porrectione Eccleſiaſticorum Sacramentorum, confeſsionibus audiendis, nec non portione Canonica omnium obuentionum. Præmiſſiæ Anno prætacto 1408. Indictione prima, præmemorati Sanctiſsimi in Chriſto Patris & Domini D. Gregorii Papæ XII, Pontificatus ipſius Anno ſecundo, die vigeſima nona Maij. Quod quidem Inſtrumētum Laudi ſeu Concordiæ, poſtea Petrus de Wolfram in Decretis Licentiatus, Scholaſticus Gneſnenſis, Apoſtolicæ Sedis Nuncius, Leopolim veniens, ad inſtantiam Reuerendiſsimi Patris, D. Ioannis Archiepiſcopi Leopolieñ (Rzeſzouius hic fuit) confirmauit, ſubſcriptionequè ac ſigilli ſui appenſione communiuit. Leopoli. Die Martis, ſecunda Menſis Iunij. Anno Dñi 1422. Indictione Quintadecima, Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto Patris & Domini,

Digitized by Google

D. Martini Diuina prouidentia Papæ V. Anno ipſius quarto.

Tertio hoc ipſum liquet, ex compromiſſo Anni 1412. quod determinauit Reuerendiſsimus in Chriſto P. D. Nicolavs Traba Archiepiſcopus Gneſnenſis, inſtante eodem Ioanne Rutheni Rectore Eccleſiæ Parochialis S. Mariæ in Lemburga, occaſione Miſſalium retentorum, à ciuibus Lemburgenſibus, ex hortis, piſcinis, ac ceteris in Iure communi expreſsis, & in primo compromiſſo ſpecificatis. Et hic quidem Reuerendiſsimus D. Archiepiſcop. Gneſneñ, pro amore illius Prouinciæ, ex qua proximè Anno pręterito 1411. Gneſnam tranſlatus fuerat, in ſua perſona Præmiſliam veniens, à partibus electus compromiſſarius Iudex, Arbiter, & compoſitor amicabilis, ex iuſto & æquo omnes difficultates ſuſtulit, & complanauit. Anno ſupra ſcripto 1412. die octaua Menſis Nouembris. Indictione quinta Pontificatus Sanctiſsimi in Chriſto Patris & Domini, D. Ioannis Papæ XXIII. Anno ipſius tertio. Atquè hoc eodem Anno 1412. fuiſſe iam ſedem Archiepiſcopalem Lemburgæ ſiue Leopoli deſignatam, declarat Articulus controuerſiæ ſextus, in hoc cōpromiſſo poſteriori de Teſtamētis, vbi hæc habentur verba. Ad ſextum Articulū, qui eſt de Teſtamentis, dicimus, pronun-

ciamus

ciamus, laudamus, ſententiamus, & arbitramur. Quod de Teſtamentis præteritis, de quibus poteſt haberi congrua memoria, fiat coram Plebano Ioanne Rutheni ratio, adiunctis duabus perſonis Eccleſiaſticis, per nos deputandis, ad dictam rationẽ audiendã, & ad requiſitionem partium, ſeu verius partis, & per Dominum Archiepiſcopũ Lemburgenſem qui pro tempore fuerit.

Et hæc inſtrumenta omnia & ſingula, habentur authenticè, atque eo Iure vtuntur nunc, & nituntur, Vicarij Eccleſiæ Metropolitanæ Leopolienſis, qui in curam animarum, & in ſortem obuentionum atque redituum, poſt ſæpe memoratum Ioannem Rutheni, Rectorem Eccleſiæ Parochialis S. Mariæ in Lemburga, quæ nunc eſt Metropolis, ſucceſſerunt. Atq; ex his inſtrumentis & argumentis, liquido conſtat, Cathedram Epiſcopalem, Lemburgæ ſiue Leopoli, ante Metropoliticam nunquam fuiſſe, ſed à primis incunabulis religionis Catholicæ Romanæ, Parochialem permanſiſſe, vſque ad tranſlationem Metropolis Halicia Leopolim, per Wladiſlaum Regem, hoc eſt, ad Annum Domini, 1414.

Proinde ipſe glorioſiſsimus & religioſiſsimus Princeps Wladislaus Iagello, in Inſtrumento auctionis menſæ Archiepiſcopalis, in teloneo

Leopolienſi, & in Zuppis Drohobycenſibus, Eccleſiam Metropolitanam Leopolienſem, vocat plantulam nouæ ſuæ fundationis, vbi hæc leguntur.

Eccleſiam Metropolitanã, nuper ad inſignem Ciuitatem noſtram Leopolieñ, de Halicz transferri curauimus, atq; transtulimus: ac ad Reuerendum Patrem, D. IOANNEM eiuſdem Eccleſiæ Leopolienſis Archiepiſcopum, affectum conuertimus: propterea quod Eccleſiam hanc, nouam fundationis noſtræ plantulam, vitæ exemplo, & virtutum ſcientia ædificare, populũ Schiſmaticum, circumquaque ſe poſitum, ad vitam erudire, & verbo ſacræ doctrinæ, velut plantam primo poſitam, fæcundiſsimi fontis rore, irrigare non ceſſat &c. Data huius Anno Dñi 1424. Eadem repetit, in Inſtrumento auctionis bonorum Capituli, in eodem teloneo Leopolienſi, & in Zuppis Drohobycenſibus, de data Anno 1432.

Atque totam hanc difficultatis partem, BERNARDINVS WILCZEK Archiepiſcopos Leopolienſis, quaſi per corollarium colligit & determinat, dum approbat Fundationem Vicariorum, per Canonicos factam, Anno Domini 1513 ijs verbis.

Nos

Nos Bernardinus, Dei & Apoſtolicæ Sedis Gratia, Archiepiſcopus Leopolienſis, notum facimus.

Quomodo olim Sereniſsimus Princeps WLADISLAVS, Dei Gratia Rex Poloniæ, & magnus Dux Lituaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæ, Dominus & heres, Zelo deuotionis permotus, cupiens Eccleſiam Leopolienſem, quæ tunc Parochialis extiterat, dignis decorare honoribus, & ſeruorum Dei apud eandem numerum ampliare, de Eccleſia Parochiali, Plebano pro tunc exiſtente, & ad id vt creditur conſentiente, ſedem Metropoliticam ſeu Archiepiſcopalem Prælaturus, & Canonicos fundauit & dotauit: ac tandem Reuerendiſsimus Dominus IOANNES Rzeſzowski, & pro tunc Archiepiſcopus exiſtens, eandem fundationem, & dotationem auxit & confirmauit &c.

CAPUT III.

NEc illud ſcripſiſſet Cromerus, ante tempora Ludouici Hungariæ & Poloniæ Regis, nullam in Ruſsia Cathedralem Epiſcopam fuiſſe, ritus Romani, ſi veniſſent illi in mentem quæ habet lib. 4. circa Annũ 1264. Iazingas, inquiens, deleuit Boleſlaus Pudicus, reliquos qui ſupere-

rant,

Digitized by Google

rant, Chriſtianã religionem ſuſcipere coegit, ab Vrbano autem Quarto Pontifice Maximo impetrauit mandatum, ad Archiepiſcopum Gneſnenſem, vt nouæ genti præficeret Epiſcopum, cuius exemplum extat apud Dlugoſſum. Atque is eſt, ni fallor, Lucenſis ſiue Luceorienſis Epſcopus, cuius ea eſt etiam Dioeceſis, tunc vel aliquanto poſt, à Pontifice creatus. His verbis fatetur Cromerus, ante Ludouicum Hungariæ & Poloniæ Regem, priuſquam Metropolis in Ruſsia excitata fuiſſet, ſedem Epiſcopalem Lucenſem ſiue Luceorienſem in Ruſsia fuiſſe. Ruſsia quippè ſuo ambitu etiam Wolhiniam comprehendit. Atque vt hũc Epiſcopatum principio Archiepiſcopo Gneſnenſi, ad quem ſuæ inſtitutionis refert primordia, ſubiectum fuiſſe non diffiteor, ita poſteaquam Metropolis in Ruſsia conſtituta eſt, cum alijs Cathedralibus Eccleſijs, Wlodimirienſem quoque Cathedram, quæ nunc Luceorienſis eſt, primo Halicienſi, poſtea verò facta tranſlatione, Leopolienſi Metropolitano in Suffraganeam ceſsiſſe, certo iſta perſuadent.

Primo Annales Eccleſiæ Metropolitanæ Leopolienſis, in quibus hæc habentur Anno Domini 1414. IOANNES XXIII. ex Parochiali Eccleſia Leopolienſi Metropolitanam fecit, ſubijciens ei hos Epiſcopos, Præmiſlienſem, Camenecen-

meneceníem, Chelmenſem, Wlodimirienſem, (qui nunc Lucenſis ſiue Luceorienſis eſt) Ceretenſem in Moldauia (in cuius locum Bacouienſis ſuccesſit) & Kijouienſem. Hæc ibi.

Deinde Luceorienſem Epiſcopam, Suffraganeam eſſe Metropolitani Leopolienſis, expreſſe docent duæ Bullæ, duorum ſummorum Pontificum, Pii II. & Pavli II. ad Gregorium Sanoceum Archiepiſcopum Leopolienſem, vtriuſque exempla ſubijciam.

Pii II. Bullæ hic tenor eſt.

PIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. *Venerabili Fratri Archiepiſcopo Leopolienſi, Salutem, et Apoſtolicam benedictionem.*

AD cumulum tuæ cedit ſalutis, & famæ, ſi perſonas Eccleſiaſticas, præſertim Pontificali dignitate præditas, diuinæ propitiationis intuitu, oportuni præſidij & fauoris gratia, proſequaris. Hodie ſiquidem, Eccleſiæ Luceorienſi, tunc per obitum, bonæ memoriæ VENCESLAI Epiſcopi Luceorienſis, extra curiam Romanam defuncti, Paſtoris regimine deſtitutæ, de perſona dilecti filij IOANNIS, Electi Luceorienſis, auctoritate Apoſtolica duximus prouidendum, præficiendo

rant, Chriſtianā religionem ſuſcipere coegit, ab Vrbano autem Quarto Pontifice Maximo impetrauit mandatum, ad Archiepiſcopum Gneſnenſem, vt nouæ genti præficeret Epiſcopum, cuius exemplum extat apud Dlugoſſum. Atque is eſt, ni fallor, Lucenſis ſiue Luceorienſis Epſcopus, cuius ea eſt etiam Dioeceſis, tunc vel aliquanto poſt, à Pontifice creatus. His verbis fatetur Cromerus, ante Ludouicum Hungariæ & Poloniæ Regem, priuſquam Metropolis in Ruſsia excitata fuiſſet, ſedem Epiſcopalem Lucenſem ſiue Luceorienſem in Ruſsia fuiſſe. Ruſsia quippè ſuo ambitu etiam Wolhiniam comprehendit. Atque vt hūc Epiſcopatum principio Archiepiſcopo Gneſnenſi, ad quem ſuæ inſtitutionis refert primordia, ſubiectum fuiſſe non diffiteor, ita poſteaquam Metropolis in Ruſsia conſtituta eſt, cum alijs Cathedralibus Eccleſijs, Wlodimirienſem quoque Cathedram, quæ nunc Luceorienſis eſt, primo Halicienſi, poſtea verò facta tranſlatione, Leopolienſi Metropolitano in Suffraganeam ceſsiſſe, certo iſta perſuadent.

Primo Annales Eccleſiæ Metropolitanæ Leopolienſis, in quibus hæc habentur Anno Domini 1414. IOANNES XXIII. ex Parochiali Eccleſia Leopolienſi Metropolitanam fecit, ſubijciens ei hos Epiſcopos, Pręmiſlienſem, Ca-

menecen-

menecenſem, Chełmenſem, Wlodimirienſem, (qui nunc Lucenſis ſiue Luceorienſis eſt) Cerecenſem in Moldauia (in cuius locum Bacouienſis ſuccelsit) & Kijouienſem. Hæc ibi.

Deinde Luceorienſem Epiſcopam, Suffraganeam eſſe Metropolitani Leopolienſis, expreſſe docent duæ Bullæ, duorum ſummorum Pontificum, PII II. & PAVLI II. ad Gregorium Sanoceum Archiepiſcopum Leopolienſem, vtriuſque exempla ſubijciam.

Pii II. Bullæ hic tenor eſt.

PIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei. *Venerabili Fratri Archiepiſcopo Leopolienſi, Salutem, et Apoſtolicam benedictionem.*

AD cumulum tuæ cedit ſalutis, & famæ, ſi perſonas Eccleſiaſticas, præſertim Pontificali dignitate præditas, diuinæ propitiationis intuitu, oportuni præſidij & fauoris gratia, proſequaris. Hodie ſiquidem, Eccleſiæ Luceorienſi, tunc per obitum, bonæ memoriæ VENCESLAI Epiſcopi Luceorienſis, extra curiam Romanam defuncti, Paſtoris regimine deſtitutæ, de perſona dilecti filij IOANNIS, Electi Luceorienſis, auctoritate Apoſtolica duximus prouidendum, præficiendo

eum illi, in Epiſcopum & Paſtorem, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Cum igitur vt idem Electus, in commiſsa ſibi prędictę Eccleſiæ cura, facilius proficere valeat, tuus fauor ei noſcatur fore plurimũ oportunus, Fraternitatem tuam rogamus, & hortamur attente, per Apoſtolica ſcripta tibi mandantes, quatenus eundem Electum, & commiſſam ſibi Eccleſiam prædictam, SVFFRAGANEAM TVAM, habens, pro noſtra & Apoſtolicæ Sedis reuerentia, propenſius commendatos, in ampliandis & conſeruandis Iuribus ſuis, ſic eos tui fauoris præſidio proſequaris, quod ipſe Electus, tuo fultus auxilio, in commiſſo ſibi dictæ Eccleſiæ regimine, ſe poſsit vtilius exercere, tuque Diuinam miſericordiam, valeas vberius promereri. Datum Romæ, apud Sanctum PETRVM. Anno Incarnationis Dominicæ M. CCCCLXII. Prid. Id. Ian. Pontificatus noſtri Anno Quinto.

Sequitur Bulla PAVLI II.

PAVLVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum DEI.

Venerabili Fratri Archiepiſcopo Leopolienſi, Salutem, et Apoſtolicam benedictionem.

Ad cu.

AD cumulum tuæ cedit ſalutis, & famæ, ſi perſonas Eccleſiaſticas, præſertim Pontificali dignitate præditas, diuinæ propitiationis intuitu, oportuni præſidij & fauoris gratia proſequaris. Hodie Eccleſiæ Luceorienſi, tunc ex eo, quod nos nuper Venerabilem Fratrem IOANNEM, tunc Epiſcopum Luceorienſem, à vinculo, quo eidem Eccleſiæ Luceorienſi, cui tunc præerat tenebatur, de Fratrum noſtrorũ conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine abſoluentes, ipſum ad Eccleſiam Wilnenſem tunc vacantem, auctoritate Apoſtolica duximus transferendum, paſtoris ſolatio deſtitutæ, de perſona dilecti, filij MARTINI Electi Luceorienſis duximus, eadem auctoritate prouidendum, præficientes ipſum, eidem Eccleſiæ Luceorienſi, in Epiſcopum & Paſtorem, curamque, regimen, & adminiſtrationem, dictæ Eccleſiæ Luceorienſis, ſibi in ſpiritualibus, & temporalibus plenariè committendo, prout in noſtris inde confectis literis plenius continetur. Cum igitur, vt idem Electus, in commiſſa ſibi prædictæ Eccleſiæ Luceorienſis cura, facilius proficere valeat, tuus fauor ſibi noſcatur eſſe plurimum oportunus, Fraternitatem tuam rogamus, monemus, & hortamur attentè, per A-

poſtolica ſcripta tibi mandantes, quatenus eundem MARTINVM, & Eccleſiam Luceorienſem ſibi commiſſam, SVFFRAGANEAM Tvam, habés, pro noſtra & Apoſtolicæ Sedis reuerentia, propenſius commendatos, in ampliandis & conſeruandis eiuſdem Eccleſiæ Luceorienſis Iuribus, ſic eos, tui fauoris auxilio proſequaris, quod ipſe pro tuæ auxilio gratiæ, ſe poſsit in commiſſo ſibi eiuſdem Eccleſiæ Luceorienſis regimine, vtilius exercere, tuque exinde diuinam miſericordiam, ac noſtram & eiuſdem ſedis beneuolentiam, valeas vberius promereri. Datum Romæ, apud Sanctum Marcum, Anno Incarnationis M. CCCC. LXVIII. Quarto non. Iulij, Pontificatus noſtri Anno Quarto.

Hoc modo ſolebant & ſolent Pontifices Romani, Electos Epiſcopos Metropolitanis ſuis commendare: prout & nunc S.D.N. VRBANVS Papa VIII. feliciter modernus, Rdiſsimum D. Remigivm Konieczpolſki, Electum Epiſcopum Chełmenſem, Illuſtriſsimo D. IOANNI ANDREÆ PROCHNICKI Metropolitano Leopolienſi, his, prioribus penè ſimilibus, verbis, commendat.

VR-

VRBANVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili Fratri Archiepiſcopo Leopolienſi, Salutem, et Apoſtolicam benedictionem.

AD Cumulum tuæ cedit ſalutis, & famæ, ſi perſonas Eccleſiaſticas, præſertim Pontificali dignitate præditas, diuinæ propitiationis intuitu, opportuni præſidij, & fauoris gratia proſequaris. Hodie ſiquidem Eccleſiæ Chełmenſi, tunc ex eo: quod nos pridem Venerabilem Fratrem noſtrum MATTHIAM Epiſcopum Poſnanienſem, olim Chełmenſem, à vinculo, quo dictæ Eccleſiæ, cui tum præerat, tenebatur, de Fratrum noſtrorum conſilio, & Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, abſoluentes, illum ad Eccleſiam Poſnanienſem, certo tunc expreſſo modo, vacantem, de ſimili conſilio, Apoſtolica auctoritate tranſtulimus, præficiendo ipſum illi, in Epiſcopum & Paſtorem, apud ſedem Apoſtolicam, Paſtoris ſolatio deſtitutæ, de perſona dilecti filij REMIGII Electi Chełmenſis, nobis & Fratribus ipſis, ob ſuorum exigentiam meritorum, accepta, de Fratrum eorundem conſilio, dicta auctoritate prouidimus, ipſumque

illi in Epiſcopum præfecimus & Paſtorem, curam, & adminiſtrationem ipſius Eccleſiæ, Chelmenſis, ſibi in ſpiritualibus & temporalibus plenariè committendo, prout in noſtris inde confectis literis, plenius continetur. Cum igitur, vt idem REMIGIVS Electus, in commiſſa ſibi præfatæ Eccleſiæ Chelmenſis cura, facilius proficere valeat, tuus fauor ei fore noſcatur plurimũ oportunus, Fraternitatem tuam rogamus, & hortamur attentè, tibi per Apoſtolica ſcripta mandantes, quatenus præfatum REMIGIVM Electum, & dictam Eccleſiam Chelmenſem ſibi commiſſam, SVFFRAGANEAM TVAM, habẽs, pro noſtra & ſedis præfatæ reuerentia, propenſius commendatos, in conſeruandis & ampliandis Iuribus ſuis, ſic eos benigni fauoris præſidio proſequaris, quod ipſe REMIGIVS Electus, per tuæ auxilium gratiæ, ſe poſsit, in commiſſo ſibi curæ Paſtoralis officio, vtilius exercere, tuque Diuinam miſericordiam, ac noſtram, & dictæ ſedis benedictionem, & gratiam, valeas exinde vberius promereri. Datum Romæ, apud S. MARIAM Maiorem. Anno Incarnationis Dominicæ M.DC.XXVII. Decimaſexta die Iunij. Pontificatus noſtri Anno Quarto.

Hæc

Hæc & his ſimilia authentica, aſſeruantur in archiuo Capituli Leopolienſis.

Præterea, Luceorienſem Epiſcopũ, ad Metropolitanum Leopolieſem pertinere, probat praxis, ab antiquo, à ſubſellio Luceorienſi ad ſubſellium Leopolienſe appellationes deduci conſuetas. Anno Domini 1466. die 12. Ian. inter NICOLAVM Plebanum in Wangrow, & Generoſum PETRVM, Capitaneum Drohicienſem, cauſſa agitata eſt, in conſiſtorio Leopolienſi, & aliæ alias ſæpe, vt videre eſt in Actis.

Confirmat prædicta Aubertus Myræus, libro, qui inſcribitur Noticia Epiſcopatuum orbis Chriſtiani, ſeu codex Prouincialis Romanus, de Epiſcopatibus orbis Chriſtiani, ex codice Cancellariæ Apoſtolicæ exceptus, Romæ primum, Anno Domini 1503. deinde Lutetiæ, Lugduni. & alibi editus. Hujus operis initio, præmonet auctor hic, quod in Prouincijs & Epiſcopatibus recenſendis, ipſius Codicis Prouincialis, ordinem ſecutus fuerit. Multis igitur Prouincijs, & Epiſcopatibus enumeratis, ad Regnum Poloniæ ſtylum conuertens, deſcriptis Suffraganeis Metropolitani Gneſnenſis, ſubdit. Eſt inſuper in Ruſsia Regni POLONIÆ Prouincia, Archiepiſcopatus Leopolienſis, cui ſunt

Suffra-

Digitized by Google

Suffraganei, Præmiſlienſis, Chelmenſis, Camenecenſis, Lucenſis ſiue Luceorienſis, & Kijouienſis, Hæc ibi, eo modo & ordine.

Hoc idem teſtatur IOANNES Gualterius, in ſuo Chronico, qui vtriuſq; Archiepiſcopi, Gneſneñ & Leopolienſis recenſet Suffraganeos, hoc ordine.

Archiepiſcopatus Gneſnenſis Suffraganei.

Wratiſlauienſis, in Sileſia.
Lubuſſenſis, in Marchionatu Brandeburgenſi.
Camenenſis, in Pomerania.
Płocenſis, in Maſſouia.
Cracouienſis, in Polonia minore.
Poſnanienſis, in polonia maiore.
Culmenſis, in Pruſsia.
Pomeranienſis, ſiue Władiſławienſis. ſubdit.

Camenenſis, & Culmenſis, hodie Gneſnenſi non ſubſunt, teſte Cromero. Sex itaque reliquis ijs commemoratis, adde Wilnenſem in Lituania, &

Medicen-

Medicenſem in Samogitia, Gneſnenſi nunc pariter Suffraganeis. His ita expeditis, ſubijcit. Eſt inſuper in Ruſsia Regni Poloniæ Prouincia, ARCHIEPISCOPATVS Leopolienſis, cui ſunt Suffraganei.

Præmiſlienſis.
Chelmenſis.
Camenecenſis.
Lucenſis ſiue Luceoriẽſis.
& Kijouienſis.

Hæc iſte, eodem modo & ordine.

CAPVT IIII.

NEque verò cuiquam mirum videri debet, ante conſtitutionẽ Metropolis in Ruſsia ritus Latini, Gneſnẽſi Archiepiſcopo Wlodimiriam ſeu Luceoriã ſubiectam fuiſſe, quandoquidẽ & Cameneciã in vltimis Podoliæ finibus ſitã, quæ nunc proprio gaudet Epiſcopo, ſub Metropolitano Leopolienſi, priuſquam Metropolis in Ruſsia Romani ritus conſtitiſſet, ad Epiſcopum Craco-

uienſem, & Diœceſim eius pertinuiſſe, docet Indultum, à quinque Antiſtitibus conceſſum, Eccleſiæ Fratrũ Minorum in Camenecia, Tit. B. M. V, quem Titulum, ad præſens retinet eadem Eccleſia. Eius Indulti hic tenor eſt.

Vniuerſis Chriſti fidelibus, præſentem paginam inſpecturis IANISLAVS miſeratione diuina, & Apoſtolicæ ſedis prouidentia, S. Gneſneñ Eccleſiæ Archiepiſcopus, & NANKERVS Cracouienſis, GIERVARDVS Wladiſlauienſis, BENEDICTVS Chenadieñ, ac STEPHANVS Lubucenſis, Dei Gratia Eccleſiarum Epiſcopi, ſalutem in Domino ſempiternam.

Loca SS. omnium, pia & prompta deuotione ſunt, à Chriſti fidelibus veneranda, vt cum Dei veneramur amicos, ipſi nos Deo reddant amabiles, & illorum nobis vindicantes patrocinium, apud ipſum, quod merita noſtra non obtinent, ipſorum mereamur interceſsionibus obtinere. Cupientes igitur, vt Eccleſia Fratrum Minorum in Camenecia, ad honorem Beatæ MARIAE Virginis, Aduocatæ noſtræ, vocabulo dedicata; congruis honoribus frequentetur, omnibus verè pænitentibus & confeſsis, qui eandem in Natiuitatis Domini noſtri, Epiphaniæ, Paraſceue, Paſchatis, Pentecoſtes, Sanctæ Crucis,

Mariæ

Mariæ Virginis, SS. Apoſtolorum, Franciſci, Antonij, & Ludouici Confeſſorum, Beatæ Mariæ Magdalenæ, Beatæ Claræ Virginis, & in anniuerſario Dedicationis ipſius Eccleſiæ, ac aliorum Sanctorum, in quorum honore Altaria, in prædicta Eccleſia ſunt constructa, feſtiuitatibus, & earum octauis, venerabiliter acceſſerint, annuatim omnipotentis Dei miſericordia, & Beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius meritis confidentes, ſinguli ſingulos Quadraginta dies, de iniunctis ſibi pænitentijs, in Domino miſericorditer relaxamus. In cuius rei teſtimonium, & euidentiam clariorem, præſentibus noſtra ſigilla duximus apponenda. Noſque NANKERVS Epiſcopus Cracouienſis prædictus, in cuius Diœceſi, præfata Eccleſia Sanctæ Mariæ Virginis eſt fundata, præfatas Indulgentias, venerabilium ac dilectorum Fratrum noſtrorum prædictorum Epiſcoporum, ratas habentes, & gratas, præſentibus confirmamus. Datum in Camenecia V. Nonas Iulij, Anno Domini M. CCC. Viceſimo. Et huius authenticum ſeruatur in archiuo Fratrum Minorum Conuentualium Leopoli.

CAPVT V.

FVit quoque tempus, quando in terra Lemburgæ, quæ nunc Metropolitani Leopolienſis ſedes eſt, Epiſcopus Lubuſſenſis, ordinariam exercebat Iuriſdictionem: illud inquam tempus fuit, quando Ducatus Ruſsiæ, ab infidelibus & ſchiſmaticis obtinebatur, & fides Catholica adeo opprimebatur, quod non ſolum Antiſtes aliquis Catholicus, ſed ne Parochus quidem vllus, in ſua ſede ſubſiſtere potuerit. Reſidebat autem Epiſcopus hic, in Opatouia maiore, quam Eccleſiæ Lubuſſenſi, HENRICVS Barbatus Dux Wratiſlauienſis, BOLESLAO Pudico Duce Poloniæ conſentiente, cum ſedecim pagis, amotis inde Templarijs, in quorum ditione fuerant, ſempiterno iure addixerat. Docent autem hoc, ſcilicet, Epiſcopum Lubuſſenſem in terra Lemburgæ, ordinariam habuiſſe Iuriſdictionem, duo Reſcripta GREGORII XI. vnum ad Vicarium Ordinis Fratrum Minorum in partibus Ruſsiæ, alterum, ad fideles nouiter conuerſos.

Et Reſcriptum quidem ad Vicarium tale eſt.

GREGORIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei.

Dilecto

Dilecto filio, Vicario dilecti filii Miniſtri Generalis, Ordinis Fratrum Minorum, in partibus Rußiæ, deputato, Salutem, et Apoſtolicam benedictionem.

ANimarum periculis, & quorumlibet fidelium, præſertim neophytorum, ſcandalis, ac litigioſis concertationibus, oportunis remedijs obuiare cupientes, tibi, & alijs fratribus Ordinis Minorum, cuius profeſſor exiſtis, quos ad hoc duxeris deputandos, in terra Lemburgæ, ac alijs partibus Ruſsiæ, miniſtrandi eiſdem fidelibus, ſeu neophytis, Eccleſiaſtica Sacramenta, ac omnibus alijs Priuilegijs, vobis ab Apoſtolica ſede conceſsis, vſque ad beneplacitum dictæ ſedis, vtendi, non obſtante contradictione, Venerabilis Fratris noſtri Epiſcopi Lubuzenſis ſeu Lubucenſis, qui in eiſdem partibus ordinariam Iuriſdictionem habere ſe aſſerit, & alteriuscuiuſcunquè, auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus facultatem. Datum apud villam nouam Auenionen̄ Diœceſi, XII Kal: Aug. Pontificatus noſtri Anno III. Incarnationis autem Domini Milleſimo. Trecenteſimo. Septuageſimo. Tertio.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE

In plumbo Greg: PP. XI.

Reſcriptum ad fideles neophytos eiuſdem, ita ſe habet.

GREGORIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei.

Dilectis filiis, uniuerſis et ſingulis neophytis, quarumcunque nationum, in terra Lemburgæ, et aliis Rußiæ partibus conſtitutis, Salutem, et Apoſtolicam benedictionem.

LÆtamur in Domino filij, & ei humillimas gratiarum actiones exoluimus, quod de infidelitatis tenebris, & hæreſum ac ſchiſmaticis erroribus, vos miſericorditer eduxit, ac perduxit ad lumen Catholicæ veritatis. Quapropter veſtrarum animarum obuiare periculis, ac veſtræ conſolationi, prouidere ſalubriter cupientes, veſtris precibus inclinati, dilecto filio Vicario, dilecti filij Miniſtri Generalis Ordinis Fratrum Minorum, in partibus Ruſsiæ deputato, vobis miniſtrandi Eccleſiaſtica Sacramenta, ac omnibus alijs priuilegijs, eis ab Apoſtolica ſede conceſsis, vſque ad beneplacitum dictæ ſedis, vtendi, non obſtante contradictione, Venera-

Digitized by Google

bilis Fratris noſtri, Epiſcopi Lubuzenſis ſeu Lubucenſis, qui in eiſdem partibus, ordinariam iuriſdictionem habere ſe aſſerit, & alterius cuiuſcunque, auctoritate Apoſtolica hodie conceſsimus facultatem. Quare fidelitatem veſtram hortamur in Domino, quatenus conuerſionis veſtræ, ad fidem Catholicam, eximiam gratiam, vobis datam à Deo, in humilitatis ſpiritu, & virtute conſtantiæ, recognoſcentes; perſeuerantes ſitis in fide præfata, nec ab ea propter vlla temptationis, & ſcandala recedatis, ſed cum inuocatione diuinæ gratiæ, per veſtræ perſeuerantiæ, & aliorum veſtrorum bonorum operum exempla, alios de nationibus veſtris, in huiuſmodi tenebris, & erroribus, perſiſtentes, ad dictam fidem adducere ſatagatis, vt poſt huius vitæ exitum, non ſolum veſtras, ſed & eorum animas, mereamini altiſsimo præſentare. Datum apud villam nouam, Auinionen̄ Diœceſi, XII. Kal:. Aug. Pontificatus noſtri Anno Tertio, Incarnationis Domini Milleſimo Trecenteſimo Septuageſimo Tertio.

In plumbo Gregor: PP. XI.

PRopterea IOANNES Lubuſſenſis Epiſcopus, veniens aliquanto poſt Lemburgam, tan-

quam

quam Diœceſis ſuæ ciuitatem, Fraternitatem Beatæ MARIÆ Virginis fundauit, die penul Septembr. Anno Domini 1387. vt in authentico habetur, & ſocietas hæc ab eo fundata, ad præſens Leopoli perdurat. Habebat quidem iam Anno hoc, 1387. & annis anterioribus, Metropolis Halicienſis, legitimum Archiepiſcopum BERNARDVM, etiam ſuper Lemburgam ordinariam Iuriſdictionem extendentem, ſed quia is, eo tempore, graues controuerſias, cum Lemburgenſibus alebat, & ſæpius atque diutius, à Diœceſi ſua abeſſe ſolebat, (prout infra in eius vita diductius proponetur) ideo tum Epiſcopum Lubuſſenſem tanquam olim Ordinarium, ciuibus illis adfuiſſe, credibile eſt.

CAPUT VI.

ANte Pontificatum GREGORII XI. & antequam LVDOVICVS Hungariæ Rex Poloniæ Regno potiretur (eodem enim tempore vixerunt, GREGORIVS XI. Anno 1370. VRBANO V. ſucceſsit, LVDOVICVS autem, Anno ſequenti 1371. in Polonia regnare cæpit) infideles, & ſchiſmaticos, in Ducatu Ruſsiæ, tanquam torrentes inundaſſe, patet ex Reſcripto

eiuſdem

Digitized by Google

eiuſdem Gregorii XI. ad Theologos, & Doctores, pro declaratione certorum dubiorum, iuxta poſtulata, & requiſitionem Fratris BARTHOLOMÆI de Aluerna, Vicarij Miniſtri Generalis, Fratrum Minorum, in partibus Ruſsiæ, quod quidem Reſcriptum incipit. Ad procurandam ſalutem animarum &c. de Data Auinione X. Kal: Iun: Pontificatus Anno ſecundo, Chriſti vero M. CCC. LXXII. vbi dicitur. Non erant Eccleſiæ Cathedrales, & Parochiales (illo videlicet tempore) in Ruſsia, nec Rectores earum, quibus cura immineret animarum, & tanta multitudo infidelium, & ſchiſmaticorum, vt paucæ perſonæ reputarentur fideles, reſpectu multitudinis errantium. Hæc ibi. Clarius hoc idem, ex Bulla BONIFACII IX. mox patebit. Porro, authentica trium priorum, habentur in Monaſterio Fratrum Minorum Conuentualium Leopoli.

CAPUT VII.

HAlicienſem Metropolim in Ruſsia, ab origine ſua, plures Cathedrales Eccleſias Suffraganeas habuiſſe, probat Bulla BONIFACII IX, ad ERICUM Epiſcopum Præmiſlienſem

cuius prima pars, huic argumento ſeruiens, hæc eſt, de verbo ad verbum.

BONIFACIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum Dei.

Venerabili Fratri, Epiſcopo Præmiſlienſi ſalutem, et Apoſtolicam benedictionem.

PIjs ſupplicum votis, præſertim, per quæ ſalus animarum procuratur, libenter intendimus, & volumus fauorabiles inueniri. Dudum ſiquidem pro parte BERNARDI Archiepiſcopi Halicienſis, expoſitum, felicis recordationis VRBANO Papæ VI. prædeceſſori noſtro. Quod cum olim Eccleſia Halicienſis, conſiſtens in Ducatu Rusſiæ, qui per claræ memoriæ, LVDOVICVM Regem Hungariæ, de manibus ſchiſmaticorum, & infidelium, ad fidem Catholicam, & obedientiam Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, reductus fuerat, in poteſtate dictorum ſchiſmaticorum, & infidelium tunc exiſtens, tanto tempore caruiſſet Catholico Antiſtite, quod vbi, & infra quos fines, conſiſtebat dos Eccleſiæ prædictæ, de facili ſciri non poterat. Dilectus filius, Nobilis vir, LADISLAVS Opolienſis,

tunc

tunc Ruſsiæ Dux, Zelo deuotionis fidei Orthodoxæ accenſus, opidũ Rahagui & caſtra Oleſko, & Touſtan, in Diœceſi Haliclenſi conſiſtentia, cum diſtrictibus, villis, bonis, & eorum pertinentijs vniuerſis, ac vnam domum ſuam, in ſuperiori parte circuli, opidi Lemburgenſis, dictæ Diœceſis, intra confines eiuſdem opidi, cum omnibus Iuribus, & pertinentijs ſuis, nec non Decimam teloneorum, in eodem opido, & Decimam ſalis in Drohobycz & Zydaczouia, præfatæ Diœceſis, tunc ad eundem Ducem, iuſto Titulo pertinentia, dictæ Halicienſi Eccleſiæ, in dotem, donatione perpetua, & irreuocabili, conceſſerat, & donauerat. Quodque limites Diœceſis prædictæ, ac Prouinciæ, dictæ Eccleſiæ, ex eo diſcerni non poterant, quod prædicti infideles; & ſchiſmatici illarum partium, dictum Ducatum, ante reductionem prædictam, diutius occupauerant, & detinuerant occupatum. Et quod debiti modus, & forma, diuini officij celebrandi, in eadem Halicienſi, & Cathedralibus, ac alijs ſibi ſubiectis Eccleſijs, dictæ Prouinciæ, non ſeruabãtur, nec Suffraganei dictæ Halicienſis Eccleſiæ, reſidebant, in Cathedralibus ſupradictis. Ideo prædeceſſor, bonæ memoriæ, Demetrio, Tituli Sanctorum quatuor

Coronatorum Preſbytero Cardinali, tunc Strigonij commoranti commiſit; quatenus vocatis, qui erant euocandi, de præmiſsis ſummarie, ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ſe diligenter informaret. Etſi per informationem huiuſmodi, inueniret donationem & conceſsionem prædictas, fuiſſe legitime factas, eas auctoritate Apoſtolica confirmaret. Et nihilominus ea, quæ de bonis, ad ipſam Eccleſiam, & eius dotem, pertinentibus, alienata, vel occupata inueniret illicite, vel diſtracta, ad Ius, & proprietatem, ipſius Eccleſiæ legitimè reuocare curaret, ac Diœceſes, & Prouinciam prædictas, eadem auctoritate, limitaret, & diſtingueret, nec non modum, & formam, diuini officij celebrandi, in Halicienſi, & in alijs Eccleſijs prædictis, qui in eis perpetuo obſeruari deberet, eadem auctoritate ordinaret, diſponeret, & ſtatueret, prout ſibi, ſecundum Deum, videretur expedire: contradictores, auctoritate Apoſtolica, appellatione poſtpoſita, compeſcendo. Et quæ ſequuntur, nimis enim eſſet longum cetera perſequi. Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, Tertio Id. Maj, Pontficatus noſtri Anno primo, Domini autem Anno M. CCC. L X X X I X.

Huius

Huius authenticum aſſeruatur, in archiuo Ciuitatis Leopolienſis.

Ex verbis Bullæ huius, iſta quinque clariſsime deducuntur. Primo, ſedem Metropoliticam in Ruſsia ritus Latini, principio Haliciæ conſtitiſſe. Secundo, Metropolim Halicienſem, à prima erectione, plures Eccleſias Cathedrales Suffraganeas habuiſſe. Tertio, LVDOVICVM Hungariæ & Poloniæ Regem, ſedem Metropoliticam, Haliciæ non conſtituiſſe, ſed collapſam reſtituiſſe. Quarto, LADISLAVM Opolienſem & Ruſsiæ Ducem, dotem Halicienſis Eccleſiæ auxiſſe. Quinto, Leopolim ſiue Lemburgam, ante LVDOVICVM Regem, Epiſcopalem Cathedram non habuiſſe, ſed ſub Metropolitano Halicienſi, & in eius Diœceſi fuiſſe, quod & ſuperius c. 2. ſufficienter probatum eſt.

CAPVT VIII.

INſimiles quoque perplexitates, MATHIAS Miechouienſis, ex fundamento initio poſito incidit, qui lib. 4 cap. 6 ſuæ Hiſtoriæ ſcribit. Rex Caſimirus, per ſuos Oratores Auinionem

miſſos, Eccleſiam Metropolitanam in ciuitate Leopolienſi, per VRBANVM V. Octauo Id: Apr. ad dotationem ſufficientem, erigi & fundari obtinuit, quod & factum eſt. IACOBVS enim Swinka Archiepiſcopus Gneſnenſis, literis ſibi præſentatis, perſonaliter Leopolim tranſijt, & ex Parochiali Eccleſia Leopolienſi, inſpectante CASIMIRO Rege, & vniuerſa eius militia Archiepiſcopatum erexit, primumque Archiepiſcopum, dictæ ſedis, CRISTINVM virum nobilem, inſtituit & conſecrauit &c. Hic primum labitur Miechouienſis, aſſerens Caſimirum, Metropolim Leopoli erexiſſe, qui non Leopoli, ſed Haliciæ Metropolim conſtituit: & CRISTINVS, non Leopolienſis, ſed Halicienſis primus Archiepiſcopus fuit, niſi intelligas, prout ſupra c. 1. declaratum eſt. Deinde illud quod dicit, IACOBVM Swinkam Archiepiſcopum Gneſnenſem, Criſtini conſecratorem fuiſſe, in præſentia Caſimiri Regis, ſtare non poteſt. Nam Swinka mortuus eſt Anno 1301. die 4. Mart: teſtante CLEMENTE Ianitio in eius vita, proinde nec initium Regni Caſimiri attigit, qui Anno 1334. 25. Apr: Regni diadema accepit, ab Ianiſlao Sulimæo Archiepiſcopo Gneſnenſe, qui Boriſlao ſucceſſerat, & hic Swin-

cæ,

cæ, quomodo ergo Iacobus Swinka, regnante Caſimiro Criſtini conſecrator eſſe potuit, qui ante regnantem Caſimirum, in viuis eſſe deſijt? Præterea, idem Miechouienſis lib. eodem 4. c. 33. ſcribens, Anno Domini 1375. LVDOVICVS Rex, ad GREGORIVM Papam XI miſsis nuncijs in Auinionem, Halicienſe opidum Archiepiſcopali, Præmiſlienſe vero, Chełmenſe, & Włodimirienſe, Epiſcopali honore inſigniri obtinuit, ad Metropoliticam Halicienſem Eccleſiam, IACOBVS Polonus fuit conſecratus, & ſedi ſuæ Eccleſia Græci ritus fuit aſsignata, &c. ſibi contradicit. Nam, loco paulo ante memorato ſcripſerat, Archiepiſcopatum Leopoli per Caſimirum fundatum, & iam alterum per LVDOVICVM Haliciæ erectum, contendit. Præter hoc, illud longe à vero abeſt, quando IACOBVM primum Archiepiſcopum Halicienſem nominat, qui non primus, ſed quartus Archiepiſcopus Halicienſis numeratur, decimo anno, poſt mortem Ludouici Regis aſſumptus. LVDOVICVS enim Rex mortuus eſt Anno 1382. IACOBVS autem Halicienſem Archiepiſcopatum ſuſcepit, Anno 1392. eo vero Anno 1375, quo Miechouienſis aſſerit, Ludouicum Haliciæ opidum Archiepiſcopali ho-

nore

nore inſigniuiſſe, & IACOBVM Archiepiſcopum cõſecratum fuiſſe, ANTONIVS Metropoli Halicienſi præſidebat, quod quisq; facile ex his, quæ inferius ponentur, diſcere poterit.

IOANNEM Dlugoſſum, hic memorare nihil attinet, ex eo enim fonte, hos perplexitatum riuulos manaſſe inuenio, proinde, quæ reſponſa ſunt duobus prioribus, & huic reſponſa ſunto.

CAPVT IX.

ABRAHAMVS Bſouius, Ordinis Prædicatorum, Annalium Baronij Cardinalis, in Vrbe continuator celebris, in commentario, de vita & miraculis Beati HYACINTHI c. 5. & lib. de rebus præclarè geſtis Fratrum Prouinciæ Polonæ, Ordinis Prædicatorum, c. 3. & 6. refert in Archiepiſcopatu Halicienſi, præſſedisſe Fratrem BERNARDVM de crema Italum, tempore D. HYACINTHI, & hunc ſerra permedium, à Turcis, vel vt alij volunt, à Scythis diſſectum, inque ignem coniectum, & exuſtum. Eiuſdem credo fit mentio, in Indiculo Martyrum; addito ad Martyro-

logium

logium Ordinis eiuſdem, ijs verbis. Frater BERNARDVS ſerra per medium diſſectus, Martyr occubuit. Martyrem Indiculum vocat, Archiepiſcopum non nominat. Nam tempore D. HYACINTHI, Halicia Cathedram Metropoliticam fundatā non habuit, nec BERNARDVS hic, in numero Archiepiſcoporum Halicienſium reperitur. Quemadmodum, & ANTONIVS Senenſis Luſitanus, eiuſdem Dominicanæ familiæ, in ſuo Chronico Fratrū Ordinis Prædicatorum, in Anno Domini 1230. Fratrem BERENGARIVM Dominicani ſodalitij, Archiepiſcopum Cracouienſem, in Regno Poloniæ nominat, qui pro Chriſto, in latere dextro vulneratus, vitam amiſit, hic tamen, in Cathalogo Archiepiſcoporum, & Epiſcoporum Cracouieñ, non legitur. Quinimo, ſub id tempus, videlicet, circa Annum 1230, Iwonem Patruum B. HYACINTHI, Dominicani inſtituti ſingularem promotorem, in Cathedra Epiſcopali Cracouiæ ſediſſe, in comperto eſt. Niſi forte exiſtimare velimus, hos Antiſtites, in Monaſterijs Ordinis ſui, in communi, cum fratribus vixiſſe, & Archiepiſcopalia munia exercuiſſe, denominatos ab ijs locis, in quibus frequentius reſidere ſoliti fuerant, vti nunc Cuſtodes, Priores

Digitized by Google

Guardiani &c. Conſtat enim, INNOCENTIVM IIII. poſteriori tempore, in Anno nimirum 1252. inſtituiſſe ſocietatem, fratrum peregrinantium, propter Chriſtum, ex Religioſis Beati DOMINICI & Sancti FRANCISCI, cuius inſtitutum erat, excurrere ad terras infidelium, & ſchiſmaticorum, ad prædicandam & propagandam fidem Chriſti. Ea ſocietas Domino cooperante, breui ita creuit, vt non ſolum per Poloniam, Rusſiam, Podoliam, Wolhiniam, Lituaniam, Walachiam vtramque, verumetiam per varias orientis & ſeptemtrionis, infidelium & ſchiſmaticorum nationes, proferens vberes Religionis, & fidei Chriſtianæ fructus, dilatata & propagata fuerit. Teſtatur id Bulla IOANNIS XXII. quæ incipit. Gratias agimus &c. Data Auinione Kal: Maj. Pontificatus Anno ſecundo, Chriſti vero M. CCC. XVIII. Et Bulla GREGORII XI, cuius initium eſt. Quia in deſiderijs noſtris geritur &c. Data Auinione II. Non. Mart. Pontificatus Anno quarto, Chriſti vero M. CCC. LXXIIII. Hæc ſocietas habuit in cænobijs & congregationibus ſuis Archiepiſcopos & Epiſcopos, magnis per ſedem Apoſtolicam ornatos facultatibus, vt conſtat ex Bulla præallegata IOANNIS XXII. Gratias

agimus.

agimus. Hoc idem, & ante, in illa Antiſtitum paucitate, præſertim in terris infidelium & ſchiſmaticorum, factitatum fuiſſe, ſentire non eſt inconueniens. Prout & nunc Maronitæ in Palæſtina, in monte Libano, ſub obedientia Eccleſiæ Romanæ Deo ſeruientes, habent in ſodalitio ſuo Archiepiſcopos, & Epiſcopos, vti à viris fide dignis, qui cum illis cænobitis in terra illa ſancta, conuerſati ſunt, accepimus.

CAPUT X.

MAneat ergo CASIMIRVM LOCTICI filium, qui ex rebus geſtis Magni nomen obtinuit, ſubacta & in modum Prouinciæ redacta Rusſia, Cathedram Metropoliticam ritus Latini erexiſſe, & fundaſſe, Haliciæ, non ignobili tunc ciuitate, vtpote quæ Rhutenorum, eo tempore Metropolis eſſet, primuſque ad eam Archiepiſcopalem dignitatem, aſſumptus eſt, CRISTINVS nobilis POLONVS, atque inter varias difficultates, inter obſtantes infidelium & ſchiſmaticorum procellas, eandem ſedem hic perſeueraſſe, vſque ad Annum 1414. quo Anno per WLADISLAVM Iagellonem Regem, translata eſt Leopolim, & tunc primum, Eccleſia Parochialis

Lemburgenſis, ſeu Leopolienſis, facta eſt & Cathedralis & Metropolitana, vti clare inſuperioribus deductum eſt. & ipſa ciuitas aucta & ornata dignitate Metropolitica pro Lemburga, Leopolis vſitatè appellari cæpta.

CAPUT XI.

ERectio Metropolis Halicienſis, & conſecratio CRISTINI, in quem Annum inciderit amiſsis iniuria temporum originalibus literis, non eſt promptum concludere. Dlugoſſus cum Cromero inſtitutionem hanc, & conſecrationem, referunt ad Annum 1361. quorum opinio neſcio an conſiſtere poſsit, quandoquidem VRBANAS V. cui hoc beneficium tribuunt, Anno primum ſequenti 1362. in Pontificem Romanum, electus & conſecratus fuerit, vt tradit Platina in eius vita, & huius abbreuiator IOANNES à Glano. Si conijcere fas, exiſtimarē CASIMIRVM, Principem ad promouendam Religionē Catholicam propenſum, poſt receptam Ruſsiam, & in formam Prouinciæ redactam Anno 1340, opus tam ſanctum & ſalutare accelerasse, quemadmodum ante eum Boleſlaum Pudicum, in gente Iazingarum feciſſe ſupra c. 3.

admo-

admonuimus. Et hæc indicaſſe ſufficiat.

CAPUT XII.

PRiuſquam ſingillatim cuiuſque Archiepiſcopi vita memoretur, pauca hæc ſuperioribus adiuncta ſunto. Metropolim Leopolienſem, longè latèque patere, vt quæ Rusſiam, Podoliam, Wolhiniam, Pocutiam, & Walachiam vtramque contineat, ſed maxima pars Græco ſchiſmate premitur. Quamuis enim hoc tempore, Metropolitanus Kijouienſis, & certi Suffraganei illius, quos Władikas Ruſsi vocant, per vnionem, Eccleſiæ Romanæ aggregati ſint, nihilominus Popones, atque glebæ aſſcripti, prope vniuerſi, & cum his modernus Władika Leopolienſis, obſtinatiores, in antiquo errore perdurant. Iam vero, tametſi Metropolis Leopolienſis, longè lateque pateat, tamen, quia ſerius conſtituta, exiguam ſortita eſt prouiſionem, cum ſuis Suffraganeis Eccleſijs, excepta Luceorienſi, quæ quia alias præceſsit tempore (vti c. 3. notauimus) ideo pinguiorem nacta eſt ſortem. Tum vero, quia Prouincia Ruſsiæ, habet plures Epiſcopatus ritus Græcanici, bene ab antiquo prouiſos, proinde multiplicatis Epiſcopatibus, dotes Eccle-

ſiarum attenuari neceſſe fuit. Præterea Metropolis Leopolienſis, ſita eſt in medio nationis prauæ ſchiſmaticæ, quæ ex inueterato odio, nunquam ceſſat conſpirationes, in diminutionem & perniciem Catholicæ religionis moliri. Adhæc, Ruſsia, Tartarorum, Walachorum, & prædonum domeſticorum, creberrimis vaſtatur rapinis, & incendijs. Quod malum, ætate noſtra ab Anno 1612. maximè inualuit. Anno autem 1620. & tribus conſequentibus, Metropolis Leopolienſis bona per, Tartaros in cineres redacta, fere omnia, Sacerdotes & Religioſi, multi occiſi, multi in captiuitatem ducti, cum innumera hominum multitudine, templa plurima vel diruta, vel exuſta, vt difficile ſit calamitates & damna, quæ Metropolis hæc, iſtis annis pertulit, verbis explicare. Omitto vexationes pene quotidianas, per milites, qui bona Eccleſiæ huius, tanquam locuſtæ corrodunt, & depaſcuntur, vt verè illud occinere poſsimus. nos prima furentum, præda ſumus. Sed de his ſatis, iam ad deſcriptionē ſingulorum Archiepiſcoporum, accedamus.

CRI-

CRISTINVS.

CRISTINVM Nobili inter Polonos loco natum, Archiepiſcopum Halicienſem primum fuiſſe, conſtans eſt ſententia, cuius autem familiæ fuerit, non eſt facile determinare. Dum hæc meditor, vir quidam Nobilis, Hiſtoriæ non ignarus, narrabat, ſe apud quendam exoticum ſcriptorem legiſſe. CRISTINVM hunc, prope Sanocum natum, Religionem S. FRANCISCI Profeſſum, genus duxiſſe, ex illuſtri Gozdauitarum familia, quæ Titulum de Oſtrow, inſigne Liliũ ferebat, CRISTINI nomen & cognomen diutius retinens, Ex qua familia, fuit vir ille memorabilis, CRISTINVS comes Palatinus Płocenſis, CONRADI, natu minoris CASIMIRI Iuſti filij educator, atque inſtitutor, miles & dux egregius, cuius virtute & induſtria, celeberrima illa apud Zauichoſtum, de Romano Wlodimirienſium Duce, parta eſt victoria, multiſque tam de Pruſsis, quam de alijs hoſtibus, vir hic clarus trophæis præfulſit: poſtea vero, inuidia maleuolorum, in villa Kowale captus, carceri mancipat⁹, excæcatus, ad extremũ ab ingrato alumno iugulatus, Anno 1217. Ex

eadem

eadem gente, poſteriori tempore, longe poſt deceſſum CRISTINI Archiepræſulis, hoc eſt, WLADISLAI Iagellonis temporibus, memoratur fuiſſe, & ille CRISTINVS Caſtellanus Sandomirienſis, qui Anno 1396. magna virtute, & ſolertia arces amiſſas, Krzepicenſem, Olſtinenſem, Bobolcenſem, Brzeſnicenſem, Oſtrzeſouienſem & Grabouienſem, de manu Sileſitarum vindicauit, cuius fit mentio in quodam Priuilegio eiuſdem Iagellonis, ſub hac clauſula. Actum in ciuitate noſtra Kamieniec, die Dominico, ipſo die Beati SIXTI Papæ Anno Domini 1402. Præſentibus his validis ſtrenuiſque viris, IOANNE de Tarnow Cracouienſi, IACOBO de Konieczpole Sieradienſi, Palatinis, CRISTINO de Oſtrow Sandomirienſi, NICOLAO de Michałow Caſtellanis &c. Multos præterea alios viros inſignes, hæc familia protulit, quos referre non eſt huius propoſiti. Ex hac itaque familia proceſsiſſe, CRISTINVM primum Archiepiſcopum Halicienſem, vir ille Nobilis aiebat, ſed nullum documentum authenticum relationis ſuæ proferebat. Ego vero diligentius inquirendo, atque hæc & illa monimenta reuoluendo, non inueni, niſi hæc pauca verba, Illuſtriſsimus D. CRISTINVS Ar-

chiepi-

chiepiſcopus Halicienſis 1367. Quæ quidem verba, Leopoli apud Fratres Conuentuales, Ordinis Sancti FRANCISCI, in libro Priuilegiorum ſcripta legi, vbi & alij recenſentur Archiepiſcopi Halicienſes, verum originale huius ſcripturæ nuſquam reperire potui, quamuis ſtudioſè ſcrutatus fuerim. Noſtri autem Annales de hoc Archiepiſcopo, iſta tantum habent. CRISTINVS primus Archiepiſcopus Halicienſis, Eccleſiam Metropolitanam, Sanctæ Mariæ Magdalenæ Haliciæ conſtruxit, & prout facultates ferebant, dotauit. Prælatos, & Canonicos inſtituit, & quoniam nudos Titulos gerebant, de ſua menſa alebat. Egenos & pupillos ſuſtentabat, doctrinaque clarus, ac bonis operibus plenus, obijt. Ceterum quo Anno aſſumptus fuerit, quo mortuus, vbi ſepultus, ſiletur.

ANTONIVS.

ANTONIVM ſecundo loco, Metropolim Halicienſem rexiſſe, eumque virum ætate, & moribus grauem, ergapauperes & pupillos beneficū, fuiſſe: LADISLAO Duce Opolienſi, pro LVDOVICO Rege Ruſsiam admini-

Digitized by Google

ſtrante, ſumptibus non parcendo, fines regni forriter defendiſſe, noſtri Annales memorant. Cuius vero is nationis, & ſtatus fuerit, quo Anno aſſumptus, quo obijt, vbi tumulatus, non conſtat. Illud certum eſt, eum in Cathedra Halicienſi ſediſſe, Anno 1375. id autem patet, ex Priuilegio authentico LADISLAI Ducis Opolienſis, quod incipit. LADISLAVS Dei Gratia Dux Opolienſis, Wielunenſis, & Ruſsiæ, ad perpetuam rei memoriam, notum facimus, vniuerſis quibus fuerit oportunum &c. Actum in Grodek, proxima feria ſexta, poſt diem Decollationis Sancti IOANNIS Baptiſtæ. Anno Domini 1375. Præſentibus, Venerabili Patre, ANTONIO Metropolitano Halicienſi, Choitkone Bybelſki, Chlebcone Dwoſczowicz, Petro Brym, Iudice Proninciali terræ Ruſsiæ &c. Nihil præterea aliud, de eo cognoſcere datum eſt.

MATTHIAS.

PEr id tempus, quo infideles & ſchiſmatici, Ducatum Ruſsiæ occupatum tenebant; vt ſupra

Google

eſt indicatum, determinatio ſteterat, Metropolim Halicia Lemburgã ſiue Leopolim transferre, tanquam ad locum tutiorem, & iam extructum fuit templum Lemburgæ, pro ſede Metropolitæ, in Anno Domini 1377. prout Acta Conſularia teſtantur ciuitatis Leopolienſis, atque electum fuiſſe in Archiepiſcopum Lemburgenſem, MATTHIAM (cuius patria, genus, mors, & cætera ignorantur.) firmant tria priuilegia, memorati LADISLAI Ducis Opolienſis & Ruſsiæ, inquibus fit expreſſa mentio, MATTHIÆ electi Archiepiſcopi Lemburgenſis. Primum Priuilegium eſt Anni 1377. in quo præfatus Princeps, concedit Fratribus Ordinis Minorum de Lemburga, locum pro extruendo Conuentu, in ciuitate Sanocenſi. cuius Priuilegij initium eſt. LADISLAVS Dei Gratia Dux Opolienſis, Wielunenſis, & Ruſsiæ, Venerabili D. MATTHIÆ Electo Archiepiſcopo Lemburgenſi, ac MATTHIÆ Burgrauio Sanocenſi, fidelibus noſtris dilectis, fauorem, cum ſalute &c. Datum Roſſemberg feria ſexta proxima, poſt Dominicam Reminiſcere, Anno Domini 1377. Secundum Priuilegium Anni eiuſdem 1377. ita clauditur. Actum & datum in Sanok die S. IOANNIS Baptiſtæ, Anno Domi-

ni 1377. Præſentibus D. MATTHIA Electo Archiepiſcopo Lemburgenſi, D. Brym iudice Prouinciali Ruſsiæ, &c. Tertium Anni ſubſequentis 1378. ſub hac clauſula. Actum & datum Lemburgæ, in die Omnium Sanctorum, ſub Anno Domini 1378. Præſentibus his Dominis, & fidelibus noſtris, D. MATTHIA Electo in Archiepiſcopum Lemburgenſem & ſtrenuo milite Paſzkone Zlodziey in Czehow, NICOLAO de Boguria Zawichoſtenſi, Caſtellanis, Andreaſzkone Capitaneo Ruſsiæ &c.

Porro MATTHIAM hunc Electũ Archipiſcopum Lemburgenſem, ad conſecrationem & Archiepiſcopatũ perueniſſe, non eſt veriſimile. Nam ſub id tempus, Halicienſis Metropolis, per LVDOVICVM Hungariæ & Poloniæ Regem, repreſsis infidelibus, & ſchiſmaticis, ad priſtinum ſtatum reducta eſt, & per LADISLAVM Opolienſem, & Ruſsiæ Ducem, ampliori dote adaucta, atque ſtatim Metropolis huius dignitas, per BERNARDVM reſumpta eſt, dequo nunc dicendum.

BERNARDVS.

BER-

BERNARDVS ex antiquiſsima, & nobiliſſima Koziorogorum proſapia, Archiepiſcopatu Halicienſi, circa Annum Domini 1380, ſuſcepto, magno ſtudio de euincendis, & in priſtinum ſtatum reducendis, rebus & bonis Eccleſiæ Halicienſis, laborare cæpit, Hinc illud eius, apud VRBANVM VI. de ordinanda Prouincia Halicienſi, poſtulatum, de quo nos Bulla BONIFACII IX. in ſuperioribus producta, docuit. Hinc domi, cum Magiſtratu & ciuibus Lemburgenſibus, longa & difficilis concertatio, propter domum, in ſuperiori parte ciuitatis Lemburgenſis ſitam, quam LADISLAVS, ſæpe memoratus Opolienſis & Ruſsiæ Dux, Eccleſiæ Halicienſi, iure perpetuo addixerat, eam vero ciues in debito occupatam tenebant. Hanc ille, ad poſſeſsionem & proprietatem Eccleſiæ, omni ope & cõtentione, reducere conabatur, occupatores, & detentores, Iudices & Conſules, nec non ſingulares perſonas, totamque vniuerſitatem Lemburgenſem, ipſamque Parochialem Eccleſiam excommunicarat. Cauſſa hæc per Magiſtratum & ciues Lemburgenſes, Romam ad BONIFACIVM prælibatum Papam IX. deducta fuerat. In eo iudicio, accuſabatur Archiepiſco-

Lemburgenſis, ſeu Leopolienſis, facta eſt & Cathedralis & Metropolitana, vti clare inſuperioribus deductum eſt. & ipſa ciuitas aucta & ornata dignitate Metropolitica pro Lemburga, Leopolis vſitatè appellari cæpta.

CAPUT XI.

ERectio Metropolis Halicienſis, & conſecratio CRISTINI, in quem Annum inciderit amiſsis iniuria temporum originalibus literis, non eſt promptum concludere. Dlugoſſus cum Cromero inſtitutionem hanc, & conſecrationem, referunt ad Annum 1361. quorum opinio neſcio an conſiſtere poſsit, quandoquidem VRBANAS V· cui hoc beneficium tribuunt, Anno primum ſequenti 1362. in Pontificem Romanum, electus & conſecratus fuerit, vt tradit Platina in eius vita, & huius abbreuiator IOANNES à Glano. Si conijcere fas, exiſtimarē CASIMIRVM, Principem ad promouendam Religionē Catholicam propenſum, poſt receptam Ruſsiam, & in formam Prouinciæ redactam Anno 1340, opus tam ſanctum & ſalutare acceleraſſe, quemadmodum ante eum Boleſlaum Pudicum, in gente Iazingarum feciſſe ſupra c. 3.

admo-

admonuimus. Et hæc indicaſſe ſufficiat.

CAPUT XII.

PRiuſquam ſingillatim cuiuſque Archiepiſcopi vita memoretur, pauca hæc ſuperioribus adiuncta ſunto. Metropolim Leopolienſem, longè lateque patere, vt quæ Rusſiam, Podoliam, Wolhiniam, Pocutiam, & Walachiam vtramque contineat, ſed maxima pars Græco ſchiſmate premitur. Quamuis enim hoc tempore, Metropolitanus Kijouienſis, & certi Suffraganei illius, quos Władikas Ruſsi vocant, per vnionem, Eccleſiæ Romanæ aggregati ſint, nihilominus Popones, atque glebæ aſſcripti, prope vniuerſi, & cum his modernus Władika Leopolienſis, obſtinatiores, in antiquo errore perdurant. Iam vero, tametſi Metropolis Leopolienſis, longè lateque pateat, tamen, quia ſerius conſtituta, exiguam ſortita eſt prouiſionem, cum ſuis Suffraganeis Eccleſijs, excepta Luceorienſi, quæ quia alias præceſsit tempore (vti c. 3. notauimus) ideo pinguiorem nacta eſt ſortem. Tum vero, quia Prouincia Ruſsiæ, habet plures Epiſcopatus ritus Græcanici, bene ab antiquo prouiſos, proinde multiplicatis Epiſcopatibus, dotes Eccle-

ſiarum attenuari neceſſe fuit. Præterea Metropolis Leopolienſis, ſita eſt in medio nationis prauæ ſchiſmaticæ, quæ ex inueterato odio, nunquam ceſſat conſpirationes, in diminutionem & perniciem Catholicæ religionis moliri. Adhæc, Ruſsia, Tartarorum, Walachorum, & prædonum domeſticorum, creberrimis vaſtatur rapinis, & incendijs. Quod malum, ætate noſtra ab Anno 1612. maximè inualuit. Anno autem 1620. & tribus conſequentibus, Metropolis Leopolienſis bona per, Tartaros in cineres redacta, fere omnia, Sacerdotes & Religioſi, multi occiſi, multi in captiuitatem ducti, cum innumera hominum multitudine, templa plurima vel diruta, vel exuſta, vt difficile ſit calamitates & damna, quæ Metropolis hæc, iſtis annis pertulit, verbis explicare. Omitto vexationes pene quotidianas, per milites, qui bona Eccleſiæ huius, tanquam locuſtæ corrodunt, & depaſcuntur, vt verè illud occinere poſsimus. nos prima furentum, præda ſumus. Sed de his ſatis, iam ad deſcriptionẽ ſingulorum Archiepiſcoporum, accedamus.

CRI-

CRISTINVS.

CRISTINVM Nobili inter Polonos loco natum, Archiepiſcopum Halicienſem primum fuiſſe, conſtans eſt ſententia, cuius autem familiæ fuerit, non eſt facile determinare. Dum hæc meditor, vir quidam Nobilis, Hiſtoriæ non ignarus, narrabat, ſe apud quendam exoticum ſcriptorem legiſſe. CRISTINVM hunc, prope Sanocum natum, Religionem S. FRANCISCI Profeſſum, genus duxiſſe, ex illuſtri Gozdauitarum familia, quæ Titulum de Oſtrow, inſigne Liliũ ferebat, CRISTINI nomen & cognomen diutius retinens. Ex qua familia, fuit vir ille memorabilis, CRISTINVS comes Palatinus Płocenſis, CONRADI, natu minoris CASIMIRI Iuſti filij educator, atque inſtitutor, miles & dux egregius, cuius virtute & induſtria, celeberrima illa apud Zauichoſtum, de Romano Wlodimirienſium Duce, partaeſt victoria, multiſque tam de Pruſsis, quam de alijs hoſtibus, vir hic clarus trophæis præfulſit: poſtea vero, inuidia maleuolorum, in villa Kowale captus, carceri mancipatꝰ, excæcatus, ad extremũ ab ingrato alumno iugulatus, Anno 1217. Ex

eadem

eadem gente, poſteriori tempore, longe poſt deceſſum CRISTINI Archiepræſulis, hoc eſt, WLADISLAI Iagellonis temporibus, memoratur fuiſſe, & ille CRISTINVS Caſtellanus Sandomirienſis, qui Anno 1396. magna virtute, & ſolertia arces amiſſas, Krzepicenſem, Olſtinenſem, Bobolcenſem, Brzeſnicenſem, Oſtrzeſouienſem & Grabouienſem, de manu Sileſitarum vindicauit, cuius fit mentio in quodam Priuilegio eiuſdem Iagellonis, ſub hac clauſula. Actum in ciuitate noſtra Kamieniec, die Dominico, ipſo die Beati SIXTI Papæ Anno Domini 1402. Præſentibus his validis ſtrenuiſque viris, IOANNE de Tarnow Cracouienſi, IACOBO de Konieczpole Sieradienſi, Palatinis, CRISTINO de Oſtrow Sandomirienſi, Nicolao de Michałow Caſtellanis &c. Multos præterea alios viros inſignes, hæc familia protulit, quos referre non eſt huius propoſiti. Ex hac itaque familia proceſsiſſe, CRISTINVM primum Archiepiſcopum Halicienſem, vir ille Nobilis aiebat, ſed nullum documentum authenticum relationis ſuæ proferebat. Ego vero diligentius inquirendo, atque hæc & illa monimenta reuoluendo, non inueni, niſi hæc pauca verba, Illuſtriſsimus D. CRISTINVS Ar-

chiepi-

chiepiſcopus Halicienſis 1367. Quæ quidem verba, Leopoli apud Fratres Conuentuales, Ordinis Sancti FRANCISCI, in libro Priuilegiorum ſcripta legi, vbi & alij recenſentur Archiepiſcopi Halicienſes, verum originale huius ſcripturæ nuſquam reperire potui, quamuis ſtudioſè ſcrutatus fuerim. Noſtri autem Annales de hoc Archiepiſcopo, iſta tantum habent. CRISTINVS primus Archiepiſcopus Halicienſis, Eccleſiam Metropolitanam, Sanctæ Mariæ Magdalenæ Haliciæ conſtruxit, & prout facultates ferebant, dotauit. Prælatos, & Canonicos inſtituit, & quoniam nudos Titulos gerebant, de ſua menſa alebat. Egenos & pupillos ſuſtentabat, doctrinaque clarus, ac bonis operibus plenus, obijt. Ceterum quo Anno aſſumptus fuerit, quo mortuus, vbi ſepultus, ſiletur.

ANTONIVS.

ANTONIVM ſecundo loco, Metropolim Halicienſem rexiſſe, eumque virum ætate, & moribus grauem, erga pauperes & pupillos beneficũ, fuiſſe: LADISLAO Duce Opolienſi, pro LVDOVICO Rege Ruſsiam admini-

ſtrante, ſumptibus non parcendo, fines regni fortiter defendiſſe, noſtri Annales memorant. Cuius vero is nationis, & ſtatus fuerit, quo Anno aſſumptus, quo obijt, vbi tumulatus, non conſtat. Illud certum eſt, eum in Cathedra Halicienſi ſediſſe, Anno 1375. id autem patet, ex Priuilegio authentico LADISLAI Ducis Opolienſis, quod incipit. LADISLAVS DEI Gratia Dux Opolienſis, Wielunenſis, & Ruſsiæ, ad perpetuam rei memoriam, notum facimus, vniuerſis quibus fuerit oportunum &c. Actum in Grodek, proxima feria ſexta, poſt diem Decollationis Sancti IOANNIS Baptiſtæ. Anno Domini 1375. Præſentibus, Venerabili Patre, ANTONIO Metropolitano Halicienſi, Choitkone Bybelſki, Chlebcone Dwolczowicz, Petro Brym, Iudice Proninciali terræ Ruſsiæ &c. Nihil præterea aliud, de eo cognoſcere datum eſt.

MATTHIAS.

PEridtempus, quo infideles & ſchiſmatici, Ducatum Ruſsiæ occupatum tenebant; vt ſupra

eſt indicatum, determinatio ſteterat, Metropolim Halicia Lemburgã ſiue Leopolim transferre, tanquam ad locum tutiorem, & iam extructum fuit templum Lemburgæ, pro ſede Metropolitæ, in Anno Domini 1377. prout Acta Conſularia teſtantur ciuitatis Leopolienſis, atque electum fuiſſe in Archiepiſcopum Lemburgenſem, MATTHIAM (cuius patria, genus, mors, & cætera ignorantur.) firmant tria priuilegia, memorati LADISLAI Ducis Opolienſis & Ruſsiæ, inquibus fit expreſſa mentio, MATTHIÆ electi Archiepiſcopi Lemburgenſis. Primum Priuilegium eſt Anni 1377. in quo præſatus Princeps, concedit Fratribus Ordinis Minorum de Lemburga, locum pro extruendo Conuentu, in ciuitate Sanocenſi. cuius Priuilegij initium eſt. LADISLAVS Dei Gratia Dux Opolienſis, Wielunenſis, & Ruſsiæ, Venerabili D. MATTHIÆ Electo Archiepiſcopo Lemburgenſi, ac MATTHIÆ Burgrauio Sanocenſi, fidelibus noſtris dilectis, fauorem, cum ſalute &c. Datum Roſſemberg feria ſexta proxima, poſt Dominicam Reminiſcere, Anno Domini 1377. Secundum Priuilegium Anni eiuſdem 1377. ita clauditur. Actum & datum in Sanok die S. IOANNIS Baptiſtæ, Anno Domi-

ni 1377. Præſentibus D. MATTHIA Electo Archiepiſcopo Lemburgenſi, D. Brym iudice Prouinciali Ruſsiæ, &c. Tertium Anni ſubſequentis 1378. ſub hac clauſula. Actum & datum Lemburgæ, in die Omnium Sanctorum, ſub Anno Domini 1378. Præſentibus his Dominis, & fidelibus noſtris, D. MATTHIA Electo in Archiepiſcopum Lemburgenſem & ſtrenuo milite Paſzkone Złodziey in Czehow, NICOLAO de Boguria Zawichoſtenſi, Caſtellanis, Andreaſzkone Capitaneo Ruſsiæ &c.

Porro MATTHIAM hunc Electũ Archipiſcopum Lemburgenſem, ad conſecrationem & Archiepiſcopatũ perueniſſe, non eſt veriſimile. Nam ſub id tempus, Halicienſis Metropolis, per LVDOVICVM Hungariæ & Poloniæ Regem, repreſsis infidelibus, & ſchiſmaticis, ad priſtinum ſtatum reducta eſt, & per LADISLAVM Opolienſem, & Ruſsiæ Ducem, ampliori dote adaucta, atque ſtatim Metropolis huius dignitas, per BERNARDVM reſumpta eſt, dequo nunc dicendum.

BERNARDVS.

BER-

BERNARDVS ex antiquiſsima, & nobiliſſima Koziorogorum proſapia, Archiepiſcopatu Halicienſi, circa Annum Domini 1380, ſuſcepto, magno ſtudio de euincendis, & in priſtinum ſtatum reducendis, rebus & bonis Eccleſiæ Halicienſis, laborare cæpit, Hinc illud eius, apud VRBANVM VI. de ordinanda Prouincia Halicienſi, poſtulatum, de quo nos Bulla BONIFACII IX. in ſuperioribus producta, docuit. Hinc domi, cum Magiſtratu & ciuibus Lemburgenſibus, longa & difficilis concertatio, propter domum, in ſuperiori parte ciuitatis Lemburgenſis ſitam, quam LADISLAVS, ſæpe memoratus Opolienſis & Ruſsiæ Dux, Eccleſiæ Halicienſi, iure perpetuo addixerat, eam vero ciues in debito occupatam tenebant. Hanc ille, ad poſſeſsionem & proprietatem Eccleſiæ, omni ope & cōtentione, reducere conabatur, occupatores, & detentores, Iudices & Conſules, nec non ſingulares perſonas, totamque vniuerſitatem Lemburgenſem, ipſamque Parochialem Eccleſiam excommunicarat. Cauſſa hæc per Magiſtratum & ciues Lemburgenſes, Romam ad BONIFACIVM prælibatum Papam IX. deducta fuerat. In eo iudicio, accuſabatur Archiepiſco-

pus, quod contra Iuris ordinem, ſub litis pendentia, ciuitatem excommunicaſſet & multipliciter vexaret. quod in Eccleſia ſua, & Diœceſi, non reſideret, nec Vicarium, ſeu Officialem deputatum haberet, ſed in remotis partibus, hinc inde, per mundum vagaretur, in præiudicium, & damnum animarum curæ ſuæ commiſſarum. quod Iuriſdictionem, & auctoritatem Delegatorum ſedis Apoſtolicæ, contumaciter declinaret. Tandem per ERICVM Epiſcopum Præmiſlienſem, Commiſſarium Apoſtolicum, inſtante Magiſtratu Lemburgenſi, in contumaciam, auctoritate Apoſtolica, fuit excōmunicatus. Præmiſliæ Anno Domini 1390. indictione decima tertia, die vero 22. menſis Decembris, Pontificatus, præmemorati BONIFACII Papæ IX Anno 2do. Præſentibus Venerabilibus viris, Dominis, Magiſtro Henrico Cantore, ac Ioanne & Petro Canonicis Eccleſiæ Præmiſlienſis. Hic BERNARDVS anteriori tempore hoc eſt Anno 1386. Bullam GREGORII XI. cuius ante mentionem fecimus, quæ incipit. Quia in deſiderijs noſtris geritur &c. in ſua Prouincia publicauit, quam publicationem hic ponere viſum eſt.

Vniuer-

Vniuerſis & ſingulis, præſentes literas inſpecturis, BERNARDVS Dei & Apoſtolicæ ſedis Gratia, Archiepiſcopus Halicienſis, ſalutem in eo, qui eſt omnium vera ſalus.

NOueritis me vidiſſe, ac diligenter inſpexiſſe, quaſdam Papales literas, non abolitas, non cancellatas, nec in parte aliqua viciatas, vera Bulla plumbea bullatas, cum filo canabino appenſas, quarum per omnia tenor, talis eſt.

GREGORIVS Epiſcopus, ſeruus ſeruorum DEI.

Dilectis filijs Fratribus Ordinis Fratrum Prædicatorum, in terris Sarracenorum, Paganorum, Græcorum, Bulgarorum, Cumanorum, Iberorum, Alanorum, Gazarorum, Gothorum, Scytharum, Ruthenorum, Iacobitarum, Nubianorum, Neſtorianorum, Georgianorum, Armenorum, Indorum, Mathithorum, aliarumque non credentium nationum, Orientis, & Aquilonis, ſeu quarumcunque aliarum partium, ſalutem, & Apoſtolicam benedictionem.

Quia

QVia in deſiderijs noſtris geritur, vt ſummotis impedimentis quibuſlibet, eorundem negotiorum proſecutioni, libere, & efficaciter, auctoritate Domini intendere valeatis &c. Datum Auinione II. Non. Mart. Pontificatus noſtri Anno Quarto, Chriſti vero M. CCC. LXXIIII.

Inhuius ergo teſtimonium, mei Archiepiſcopatus ſigilli, duxi præſentibus ſerie ſigillari. Datum Lemburgæ noſtræ Diœceſis, Anno Domini M. CCC LXXX. ſexto, in Natiuitate S. Ioannis Baptiſtæ. Huius Originale aſſeruatur in archiuo Fratrum Prædicatorum Leopoli.

Idem hic Archiepiſcop⁹, Fratres Prædicatores, in Lēburga quos prius, charos habebat, & varijs gratijs ornauerat, ſub finē vitæ excommunicauit, & locum eorum Interdicto ſuppoſuit, ideo quia hi, Conradi Luſci terrigenæ Halicienſis, cui ille Sacramenta Eccleſiaſtica, vtpote Confeſsionem vltimam, Euchariſtiam ſacram, Vnctionem extremam, & Eccleſiaſticam ſepulturam, prohibuerat, eo, quod Decimam dare noluerat, tum quod, poſſeſsiones, ad Eccleſiam Halicienſem pertinentes, ſibi vſurpabat, cadauer in loco campeſtri ſepultum, exhumaſſent, ac contra eius publicam inhibitionem, in ſuo clauſtro in Lem-

burga

burga Eccleſiaſticæ ſepulturæ tradidiſſent. Inſuper Fratres ipſos ob eandem cauſſam, captiuabat, ſpoliabat, incarcerabat, à quo grauamine ad ſedem Apoſtolicam Fratres prouocarunt, die ſexta Auguſti Anno 1390. Sed BERNARDVM, ijs moleſtijs mors paulo poſt exemit, hoc inde patet, quia IACOBVS Anno altero ex quo illa ſunt acta, nimirum 1392. Archiepiſcopatum Halicienſem obtinuit, qui præfatum BERNARDVM prædeceſſorem ſuum nominat, in Indulto, quod mox ſubijcietur.

IACOBVS.

IACOBVS vir nobilis, de gente ſtreparum, ex Ordine Sancti Franciſci, poſt deceſſum BERNARDI aſſumptus eſt, ad Archiepiſcopatum Halicienſem, Anno Domini 1392. quēadmodum Acta ciuitatis Leopolienſis tradunt, quibus conſentit Dlugoſſus Anno Domini, inquit, 1392. die ſolis, 28. Menſis Octobr. IACOBVS de Halicienſi Eccleſia prouiſus, in

Digitized by Google

Eccleſia Tarnouienſi, per MATTHIAM Præmiſlienſem Epiſcopum, in Archiepiſcopum Halicienſem conſecratur. Extant huius Archipræſulis, etiam in hodiernam diem, multa pietatis, præcipuè in Monaſterijs, monimenta. Inter cetera, eſt Indultum, quo ad venerationem auguſtiſsimi, & ſacratiſsimi Euchariſtiæ Sacramenti, fideles inuitat, his verbis.

Vniuerſis, ſanctæ matris Eccleſiæ filijs, tam præſentibus, quam futuris, ad quos literæ præſentes peruenerint, IACOBVS, Diuina & Apoſtolicæ ſedis prouidentia, Archiepiſcopus S. Metropoliticæ ſedis, Halicienſis Eccleſiæ, ſalutem in Domino noſtro IESV CHRISTO ſépiternam.

Splendor paterni luminis, qui ſua mundum inefabili illuminat claritate, pia vota fidelium, de ſua clementiſsima maieſtate ſperantium, tunc præcipue benigno fauore proſequitur, cum deuota ipſorum humilitas, Sanctorum Patronorum meritis, ac aliorum Beatorum pijs precibus, indeſinenter adiuuatur. Cupientes igitur, vt Eccleſia Corporis Chriſti, Beatorumque PETRI & PAVLI Apoſtolorum, ac præſertim vt Sa-

crolan.

crosanctum, & diligibiliter venerabile Sacramentum, Corporis Chriſti, publica in Monſtrantia, ex conſenſu, licentia, & indulto hactenus noſtro, veluti à Reuerendis, Beatæ memoriæ patribus Archiepiſcopis, chariſsimis prædeceſſoribus noſtris, fuit indultum, & exiſtit conceſſum, & permiſſum, in Eccleſia prædicta Corporis Chriſti, Conuentus Fratrum Prædicatorum, Ordinis B. Dominici, infra muros ciuitatis Lemburgenſis, Diœceſis Halicienſis, congruis honoribus frequentetur, & à Chriſti fidelibus iugiter cum debita reuerentia, ſicut decet, ſinceriter veneraretur, omnibus vere pœnitentibus, &c. quadraginta dies Indulgentiarū de iniunctis ſibi pænitentijs, miſericorditer in Domino relaxamus.

Inſuper, gratas habentes, & recipientes Indulgentias, & ipſis conſentiētes, dilectorum ac Reuerendorum Patrum, ac Fratrum noſtrorū, videlicet D. BERNARDI Archiepiſcopi Halicieñ prædeceſſoris noſtri, D. PETRI Lubuceñ, IACOBI Kijouienſis, EMERICI Agrinenſis, & STEPHANI Chelmenſis Epiſcoporum Reuerendorum, à quolibet eorum quadraginta dies Indulgentiarum, ad eandem Eccleſiam Corporis Chriſti donatas &c. Quas quidem Indulgentias, per ipſorum quemlibet,

præfatæ Eccleſiæ Corporis Chriſti additas, gratas habentes, præſentibus approbamus & confirmamus. Super quorum omnium præmiſſorum teſtimonium, ſigillum noſtrum, præſentibus eſt appenſum. Actum & datum in Lemburga, Anno Domini 1394 die 14. Menſis Nouembris in domo habitationis noſtræ.

Hic idem IACOBVS, Anno 1402. ad inſtantiã Magiſtratus Lemburgẽ, ſolennes preces inſtituit ad gloriã Omnipotentis DEI, & Genitricis DEI MARIÆ, in Eccleſia Parochiali Lemburgenſi, cum conſenſu (vt authenticum habet,) & voluntate, Honorabilis viri IOANNIS Rutheni, Plebani Eccleſiæ Lemburgenſis, qui fuit, vt in ſuperiorib⁹ vidimus, animoſus, & zeloſus bonorum & Iurium Eccleſiæ ſuæ vindex & defenſor. Dabatur autem ad illas preces, ſignum campana maiori, circa horam 23; & populus conueniebat ad ipſam veſperam, cantabatur à Schola, præcinente Sacerdote, Salue Regina, Recordare cum ſuis orationibus. &c. Et hæc quidẽ deuotio intermiſſa per annos multos, demum Anno 1619, per Magiſtratum Leopolienſem renouata eſt.

De eo Archiepiſcopo Annales noſtri hæc teſtificantur. IACOBVS vir egregius, grauis,

pietate

pietate, multiſque virtutibus clarus, vitæ ſimplicis, atque exemplaris, cuſtos Regni, ac probus Senator. Is, non ſolum quæ ſpiritualia erant curabat, ſed conſilijs, cum ceteris Senatoribus, communicatis, hoſtium crebris incurſionibus, ſtrenuè ſe opponebat. Tandem ad vitæ periodum perductus, religioſe ex hoc mundo migrauit Anno 1411.

Hoc loco illud commemorandum venit, quomodo Anno dicto 1619. quo preces illę innouatę ſunt, quas olim præfatus IACOBVS Archiepiſcopus Anno 1402. inſtituerat, die 29. Nouembr. quæ eſt vigilia S. ANDREÆ Apoſtoli, feria ſexta, ante primam Dominicam Aduentus, in templo Sanctæ Crucis, Fratrum Minorum, Ordinis S. Franciſci, Conuentualiũ, in choro, dum terra, pro ſepulchro communi foditur, iuxta parietem, prope ſacrarium, tumulo ſeparato, in tumba putrefacta, apparuit ſpecies hominis mortui, ſplendens ornatu, & inſignibus Archiepiſcopalibus. Habebat enim mitram in capite integram, ſupra pectus, pallium Archiepiſcopale, ſub pallio caſulam, parte anteriori incorruptam, eiuſdem materiæ & coloris, cuius & mitra adamaſci nimirum flaui floridi, chirotecas ex ſerico candidiſsimo, & has in-

tegerrimas, quaſi factas recenter, acu eleganter & ſubtiliter textas, atque inſignibus quatuor roſarum, cruce mediante, decoratas, in digitis duos annulos, auri puriſsimi, in pedibus ſandalia: intra ornatum autem apparebat habitus, panni griſei Italici. Iam ergo habitus Religioſum, inſignia Archiepiſcopum hic poſitum teſtabantur, quis autem is fuiſſet, nulla ſcriptura, nulnulloque indicio extante, dum hæremus, Teſtamentum IACOBI prædicti Archiepiſcopi, ex archiuo Fratrum Conuentus huius productum, eum ipſum IACOBVM Achiepiſcopum, hic conditum, nos edocuit. Teſtamenti autem eius hæc eſt series.

IN NOMINE DOMINI Amen.

IACOBVS, Dei Gratia Archiepiſcopus Halicienſis, ſignificamus per præſentes, quibus expedit vniuerſis. Quod Anno Domini 1401. feria quinta poſt Feſtum Aſſumptionis glorioſæ Virginis proxima, in domo habitationis noſtræ in Lemburga, in præſentia IACOBI ALBERTI de Proſzouice Clerici, Cracouienſis Diœ-

cesis

cetis, publici Imperiali auctoritate notarij, teſtiumque infra ſcriptorum, varijs litium, ac diſſentionum incommodis & erroribus, qui diem obitus noſtri, ex facili poſsint imitari, ocurrere cupientes, diſcretum, ac virum Religioſum, Fratrem IOANNEM Raze, Ordinis Fratrum Minorum, diſpenſatorem fidelem, ac Capellanum noſtrum deuotum, fecimus, conſtituimus, & prout melius potuimus, ordinauimus, ſepulturę noſtræ diuina voluntate veniente, verum Executorem, & legitimum Procuratorem. Quam quidem ſepulturam, elegimus & præſentibus eligimus, apud Fratres in domo Sanctæ Crucis, in Lēburga. Ratione cuius ſepulturæ, per dictū Capellanum noſtrum, corpuſculo noſtro faciendæ, & comparandæ, eidem Capellano noſtro commiſimus; dedimus, præſentiumque tenore comittimus, & damus, noſtri poſt diem obitus, infulam Pontificalem noſtram, vna cum curuatura argentea deaurata, nec non, omnes & ſingulas res, ac ſupellectilia domus noſtræ, videlicet habitum, veſtimenta, lectiſternia, libros, ciſos, & alia vaſa, cuiuſcunque generis & metalli extiterint, ſeu ligni, ad placitum ipſius, pro ſalute animæ noſtræ conuertenda, & ordinanda.

Damus

Digitized by Google

Damus etiam, eidem Capellano noſtro, plenum mandatum, & omnimodam facultatem, debita noſtra, noſtro nomine, à quibuſcunque debitoribus, quocunque iure, ſiue ſpirituali, ſiue ſeculari, exigendi, repetendi, & extorquendi, & ad nutum ipſius in eleemoſynas, ac opera miſericordiæ, conuertendi. Inſuper committimus, præfato Capellano noſtro, omnia pecora, ac pecudes, videlicet equos, iumenta, boues, vaccas, & ſcrofas, quæ in curia, villæ noſtræ Kukulniki, poſt mortem noſtram, fuerint reperta, ſiue repertæ, vendenda, ſeu vendendas, in ſeruitorumque noſtrorum mercedem, conuertenda ſeu conuertendas, ſecundum ipſius libitum ac voluntatem. Ceterum damus dicto Capellano noſtro, omnimodam poteſtatem, ſi ipſum ab hoc ſeculo priuſquam nos migrare acciderit, alium dictæ ſepulturæ noſtræ, & teſtamenti executorem, ac procuratorem, vice & loco ipſius, noſtro de conſenſu ſubſtituendi. Vt autem hæc omnia robur, ac perpetuam firmitatem habeant, ſigillum noſtrum maius, vna cum ſubſcriptione notarij publici, ſubſcripti, præſentibus fecimus appendi. Acta ſunt hæc Anno, die & loco, quibus ſupra. Præſentibus Honorabilibus & diſcretis viris, D. IACOBO Officiali noſtro, ac Rectore Eccle-

ſiæ San

ſiæ Sancti Spiritus in Lemburga, Ioanne Stacher Altariſta, & alijs quam plurimis fide dignis teſtibus, ad præmiſſa vocatis.

Et ego IACOBVS ALBERTI de Proſzowicze, Clericus Cracouienſis Diœceſis, publicus Imperiali auctoritate Notarius, dicti executoris ſeu procuratoris conſtitutioni, nec non omnibus alijs & ſingulis præmiſsis, dum ſic, vt præmittitur agerētur,& fierēt, vna cum prænominatis teſtibus,præſens interfui,eaq; ſic fieri vidi,& audiui, ac ad mandata prædicti Patris Reuerendi, manu propria ſubſcribens, in hanc formam publicam redegi, ſignoque, & nomine meo ſolitis, & conſuetis, quibus circa talia vtor, conſignaui, in fidem, & teſtimonium omnium præmiſſorum, requiſitus.

Et Teſtamentum quidem ita ſe habet, quod teſtator hic, decennio ante mortem condiderat. Porro, Archiepiſcopum hunc, ſic vt præmiſſum eſt inuentum, Religioſi eius loci, in nouam tumbam decenter impoſitum, in ſacrario depoſuerunt. Huc populus, ob conceptam ſanctitatis famam, huius Archipræſulis, frequens veniebat, atque votis conceptis, multi in varijs caſibus, & morbis, conſolationem à Domino recipiebant, exſtāt atteſtationes & connotationes ſingulorum.

Interim, effigie lapidea Archiepiſcopali, ſtudio Religioſorũ, opere egregio ſculpta, atque varia, & eleganti pictura adornata, ac ſupra nouum tumulum decorè locata, eundem Archiepiſcopum ſecundum oſſa, cum ornatu & inſignibus, loculo ſtanneo incluſum, in præſentia Illuſtriſsimi D. IOANNIS ANDREÆ PROCHNICKI ARCHIEPISCOPI, frequenti cleri, procerum, nobilitatis, atque Magiſtratus Leopolienſis aſsiſtentia, ac multitudine populi, in eo, in quo inuentus fuerat loco, iijdem Religioſi honorifice repoſuerunt. die traſlationis Sancti Adalberti Archiepiſcopi Gneſnenſis, Regni Poloniæ Patroni, die 20. Octobr. Anno 1626. Porro tumulo talis eſt inſcriptio ſuperaddita.

IACOBVS Archiepiſcopus Halicienſis, ortus ſtreparum nobili Polona familia, ex Ordine Sancti Franciſci, ob præclaras animi dotes, aſſumptus Anno Domini 1492. Eccleſiæ Paſtor, Reipub. Senator, Patriæ tutor, Regni cuſtos, bonus, prudens, fidelis, vigilans, multiſque heroicis virtutib⁹ illuſtris, conſumptus laboribus, vitam mortalem in cœleſtem mutauit Anno 1411. in templo ſanctæ Crucis, apud ſuos fratres tumulari voluit, integer pelle ſua, Anno 1619. die 29. No-

uembr.

uembr. ornatu & inſignibus Archiepiſcopalibus repertus, hic in eodem loco, die 20. Octobr. Anno 1626. cum deuotione, ab ijſdem Fratribus eſt repoſitus.

NICOLAVS TRAMBA.

NICOLAVS TRAMBA Regni Procancellarius, eodem poſt mortem IACOBI Anno 1411. Archiepiſcopus Halicienſis renunciatus eſt. Vir genere, atq; multis & excelſis virtutibus inſignis. De eo Dlugoſſus, Anno Domini 1411, Halicienſi Eccleſia Metropolitana, ex obitu IACOBI Fratris Minorum vacante, NICOLAVS Regni Poloniæ Vicecancellarius, ad eum, promouente illum Wladiſlao Poloniæ Rege, per IOANNEM Summum Pontificem XXIII. 14. Kal. Iul. Romæ ſuffectus eſt, natione Polonus, genere nobilis, de domo Tubarum, tres tubas nigras, in albo cāpo pro inſigni deferētium, ex patre Guilhelmo, omnibus beneficijs ſuis, videlicet Præpoſitura Sancti Floriani, extra muros Cracouienſes, & præbendis in Gneſnenſi, Cracouienſi, Caliſienſi, Sandomirienſi,

Sancti Georgij in Cracouieſi, Sancti Viti in Cruſuiceñ caſtris, & Altari in Eccleſia Cracouienſi, propter tenuitatem Eccleſię Halicienſis reſeruatis. Ita quoque Cromerus lib. 17. IACOBO Halicienſi Archiepiſcopo mortuo, NICOLAVS Traba Procancellarius, Rege petente, à IOANNE XXIII. ſucceſſor datus eſt. Quanquam eodem ipſo Anno, ad Gneſnenſem Archiepiſcopam, præter Collegij Gneſnenſis voluntatem, quod ALBERTVM Iaſtrzębecium Epiſcopum Poſnanienſem poſtularat, tranſlatus eſt. Hic eſt ille Tramba, qui ad inſignem illam victoriam, die Diuiſionis Apoſtolorum Anno 1410. de crucigeris per WLADISLAVM Iagellonem partam, magnum adiumentum attulit. Nam cum Bohemi, Morauiq; mercenarij, cum vno vexillo, cuius ſignifer fuit IOANNES Zarnouius Bohemus, ſiue metu, ſiue auro Crucigerorum corrupti, ſub initium pugnę ſeceſsiſſent, conſpicatus eos, in ſylua (verba ſunt Cromeri lib. 16.) NICOLAVS Tramba Procancellarius, cum ex acie, iuſſu Regis, in caſtra, cum cetera imbelli turba reuerteretur, accurit ad eos, & grauiter obiurgatos, in aciem redire compulit. Hi ergo impulſu Trambę, reuertentes in prælium, noui exercitus

ſpeciem

ſpeciem hoſtibus præbuere, terroremque addidere, quæ res ad victoriam plurimum contulit. Poſtea ad continuandum cum crucigeris bellum, neque cęptis deſiſtendum, non modo verbis, ſed etiam lacrymis Regem obteſtabatur: ob cuius neglectum conſilij, hoſtis animum & vires recepit. Ad conſtantienſe Concilium, cum eſſet Archiepiſcopus Gneſnenſis profectus, ſplendore & dexteritate, tantam ſibi gratiam & auctoritatem, apud patres ſacræ illius congregationis comparauerat, vt Pontifex Summus (Dlugoſſo & Ianitio teſtibus) renunciatus fuiſſet, niſi renuiſſet. Non inhonoratus tamen inde receſsit. Nam Primatialem dignitatem, ſibi, & ſucceſſoribus Archiepiſcopis Gneſnenſibus, in eo concilio obtinuit, atque ſic noua dignitate auctus, in patriam glorioſus rediji. Extant Statuta Prouinciæ Gneſnenſis, partim per eum facta, partim collecta, & approbata, Anno 1420. indictione tredecima, Pontificatus ſanctiſsimi in Chriſto Patris & Domini, D. MARTINI Papæ V. Anno ipſius tertio.

IOANNES RZESSO-VIVS.

POſt Tranſlationem NICOLAI Trambę, ad Gneſneñ Metropolim, IOANNES Rzeſſouius, Halicienſem Eccleſiam gubernandam ſuſcepit. Vir non modo generis nobilitate, ſed & præclaris animi dotibus conſpicuus, de quo Dlugoſſus, IOANNES XXIII. literis & precibus WLADISLAI Poloniæ Regiś morem gerens, cum nemo foret, qui niteretur in aduerſum, Romæ tunc agens II. Non. Auguſti, NICOLAO Halicienſi Archiepiſcopo, in Gneſnenſem Eccleſiam tranſlato, IOANNI Rzeſzowſki Præpoſito Sancti Michaelis in caſtro, & Canonico Cracouienſi, nobili de domo Pułkozśic, vtroque beneficio ſibi reſeruato, iuxta Regis beneplacitum, & precem, de Halicienſi Eccleſia prouidit. Proceſſu quoque temporis, Metropolitanam dignitatem, WLADISLAO Rege inſtante, ex Halicz Leopolim tranſtulit, & Ciuitatem Leopolienſem, honore geminato Pontificali videlicet, & Metropolitico inſigniuit. In eundem ſenſum Cromerus lib. 17. In Archiepiſcopatum Halicien-

licienſem Trambę, IOANNES Rzeſſouius ſucceſſor datus eſt, qui Archiepiſcopam illam poſtea Leopolim tranſtulit. Ceterum priuſquam Rzeſſouius Arhiepiſcopatum Leopolienſem adijſſet, MATTHIAS Epiſcopus Præmiſlienſis, Lemburgenſem ſeu Leopolienſem Eccleſiam, in ſpiritualibus adminiſtrabat. Docet hoc Priuilegium confirmationis Monaſterij Colomienſis, Ordinis Prædicatorum, quod incipit. MATTHIAS Dei Gratia Epiſcopus Præmiſlienſis, nec non Adminiſtrator, Eccleſiæ Lemburgeñ inſpiritualibus Generalis. Clauditur. Actum in Præmiſlia, Anno Domini 1413 in craſtino Natiuitatis Domini noſtri IESV Chriſti. Mox Anno ſequenti 1414. Leopoli Metropolis firmata eſt, vt ex præmiſsis notum. Hic IOANNES Archiepiſcopus, Canonicorum prouentus auxit, ęxtinctæ Parochiæ reditibus, pro eorumque commoditate domum in cemeterio ad habitandum extruxit. Donaiouiam menſę Archiepiſcopalis pagum, in formam ciuitatis redegit. Anno vero 1417 in Samogicia, Eccleſiam Cathedralem, ſub Titulo SS. Alexandri, Euantij, Theoduli erexit, cum Petro Epiſcopo Wilneñ, præſente WLADISLAO Rege. Eodem Anno, eundem WLADISLAVM Regem cum ELIZABETHA Pilecia Otthonis Palatini Sando-

mirienſis

mirienſis filia, prouectionis ætatis vidua, matrimonio iunxit: & hanc Cracouiæ, in Reginam Poloniæ coronauit. Multis autem pro Eccleſia Dei, & Patria exantlatis laboribꝰ, Rzeſſouiæ in paterna domo, ad tranquilliorem vitam tranſijt: Anno 1435. Fuit & alius Ioannes Rzeſſouius nominis, cognominis, & familiæ eiuſdem, agnomine Ruſſus, Epiſcopus Cracouienſis, tempore poſteriori, GREGORII Sanocei Archiepiſcopi Leopolienſis coætaneus, & commilito ad Varnam. De quo Cromerus lib. 27. Anno Domini 1471. IOANNES Epiſcopus Cracouienſis mortuus eſt, cui ſucceſsit IOANNES Rzeſſouius Ruſſus, à Collegio Baſilicæ Cracouienſis, per cõpromiſſum electꝰ. Hæc annotare volui, ne quem nominis & cognominis ſimilitudo, fallat.

IOANNES ODROWȺZ.

IN locum demortui IOANNIS Rzeſſouij, IOANNES Odrowaz, WLADISLAI Iagellonis F. voluntate, contra Capituli voluntatem, quod

Sylue.

Siluestrum Sciechouium elegerat, vir illuſtris & peruetuſtæ familiæ, ſuffectus eſt, Anno 1436. De eodem Cromerus lib. 21. IOANNE Rzeſſouio Archiepiſcopo Leopolienſi mortuo, WLADISLAVS Iagellonis F. Rex, precibus Heliæ Palatini Walachię adductus, IOANNEM Odrowanzum Leopolienſem Archiepiſcopum eſſe iuſsit, amoto Silueſtro Sciechouio, qui paulo ante à Collegio electus erat. Et quoniam inuito Collegio Canonicorum, Archiepiſcopatũ obtinuerat, propterea non poterat erga Canonicos benignũ aſſumere animum, ſed eos vexabat, & bona per Anteceſſorem his donata, ademit. Propterea Canonici, de iniuria recenter plantati Collegij, apud Gneſnenſem Archiepiſcopum primũ queſti ſunt. ſed cum hic querelæ eorum non procederent, ad Concilium Baſileenſe, quod tunc celebrabatur, prouocatum. Hîc Archiepiſcopus, ſub pæna Excommunicationis, bona adempta reſtituere iuſſus eſt, quo ille decreto contẽpto, pænas Excõmunicationis ſuſtinuit. Poſtea, audita cęde PETRI Fratris Palatini Ruſsiæ, mærore conſumptus, vita exceſsit Anno 1450. ac in veſtibulo Sacrarij, iuxta parietẽ, à ſuis tumulatus, poſito lapide, teſtante memoriam, ſculptis inſignibus, & in eodem loco, ad hunc diem quieſcit.

K Eiuſdem

Eiuſdē exitū, Cromerus lib. 22. his verbis narrat. Anno Dñi 1450. Petrum Odrouanzum Palatinum Ruſsiæ, occiſum á Walachis, Ioannes frater Archiepiſcopus Leopolienſis, paucis poſt diebus, ſecutus eſt, mærore confectus. Et Miechouieñ lib. 4. c. 59. IOANNES Odrowaz Archiepiſcopus Leopolienſis, audita germani ſui Petri Palatini morte, graui dolore oppreſſus, extinctus eſt, & in Eccleſia Leopolienſi, poſt duos menſes, obtenta á ſede Apoſtolica abſolutione; quoniam in ſententijs, auctoritate Apoſtolica latis, obierat, ſepultus eſt. Hic confirmauit fundationem, Altaris Beatæ Mariae Virginis, in Eccleſia Metropolitana ſub campanili, quod fundauit Magnificus olim, & verè pius vir IOANNES Wlothkowicz Sulimæus, heres in Knieheinicze, Caſtellanus Halicienſis.

Anno 1441. feria ſexta infra Octauas Pentecoſtes, vt eſt in Originali.

GREGORIVS SANOCEVS.

Exem-

EXépto humanis IOANNE Odrowanzo, GREGORIVS Sanoceus, ex Canonico Leopolienſi, ad Archiepiſcopatum peruenit, vir arte & Marte præſignis, nobilis de domo ſtreparum, vt bene aduertit Miechouieñ, lib. 4 c. 56. Extant eius rei Leopoli, in Priuilegijs multis, quæ in archiuis aſſeruantur Capituli & Monaſteriorum euidentia argumenta. Inter cetera, quæ videre potui, in Priuilegio confirmationis Indulgentiarum, apud Fratres Minores Conuentuales, in Anno 1454. ita clare ſtrepæ ſtemma, in appenſo ſigillo, expreſſum cernitur, ac ſi recenter impreſſum fuiſſet, & lapis ſepulchralis quem Anno 1476. viuens, vt videre eſt, ſibi poſuit, notabile ſignum ſtrepæ vſque huc retinet. Hunc primam ætatem, in bonis artibus fideliter, & feliciter poſuiſſe, & laurea Magiſterij, qua inſignitus fuerat, & eruditio conteſtantur, quibus ille inſtructus, militiæ nomen dedit. Et primũ ſub ſignis WLADISLAI Iagellonis F. militauit, quem etiam ad infauſtum illud bellum Warnenſe ſecutus, multa magni animi, & boni, atque ſani conſilij, documenta dedit, vt refert Callimachus lib. 3 de rebus geſtis WLADISLAI Polonorum atque Hungarorũ Regis. De quo inter cete-

ra illud ſingulare, eodem lib. 3 prope finem ſcribit, conſpicatus forte, in fuga IVLIANVM Cardinalem, Nuncium Apoſtolicum, rupti fœderis cum Turca auctorem, in deuio quodam ſaltu, ſaucium, ſeminudumque exhalantem animam, equo circumuectus, hunc admonuit. Non fuiſſe Deo cordi, ea quæ contra fœdus, & iuſiurandum, more magis argutorum hominũ, quam ex æquo & bono diſputaſſet, quem ſic admonitum, cum execratione reliquit. Fuit poſt, in caſtris CASIMIRI, WLADISLAI Fratris, ad Wratiſlauiam, vbi Gabrieli Agrienſi Epiſcopo, noſtris ſegnitiem his verſibus exprobranti.

Bruma venit, nix alba ruit, migrate Poloni,
O fugite ad proprios, algida turba lares &c.

Reſpondit GREGORIVS.

Garrula lingua tace, nec ſenſu, nec ratione,
Vlla vales, tantum, verba pudenda vomis. &c.

TAndem ſecuları militia relicta, Chriſti militiæ aſſcribi voluit, factuſque Sacerdos, & Canonicus, poſt deceſſum Odrowanzij, ad Canonicorum ſuffragia, Caſimiri Regis accedente fauore, Anno 1451. Archiepiſcopatum conſecutus

eſt.

eſt. In quo prima illi cura fuit, augere bona Eccleſiæ, & Canonicorum, difficili illo rerum ſtatu. Nam eius tempore, Tartari Podoliam, & Ruſsiam, atque Sandomirienſem tractum, centum fere milliarium longitudine, triginta vero latitudine, cędibus & incendijs, miſerabiliter, nemine reſiſtēte, depopulati ſunt, ditioneſquè Metropolis Leopolienſis exuſſerunt: à quibus Archiepiſcopus ipſe, Dunaiouiæ præuentus, vbi tum forte agebat, & ab his magna vi oppugnatus, fortiter & ſtrenue ſe & opidum defendit. Mox, bona quæ per hoſtem deſtructa fuerāt, reparauit: multaſquè villas, pro menſa Archiepiſcopi, ære proprio coemit, & reditus Canonicorum auxit, facturus procul dubio plura, niſi eum mors inopina, Kakolnicijs degentem oppreſsiſſet, vbi in cubiculo pronus diſtenſis manibus mortuus, repertus eſt Anno 1579. non 1577. vt Cromerus vult. Eſt enim in Eccleſia Metropolitana Leopolienſi Altare, quod ille in honorem vndecim millium virginum, Dominica die Conductus Paſchæ, conſecrauit, Anno 1478. antiqua tabella, priſco charactere exarata, conſecrationis memoriam atteſtante. Eius vitam Callimachum ſcripſiſſe Cromerus auctor eſt.

IOANNES DŁVGOSSVS.

INuiderunt fata Leopoli, IOANNEM DLVGOSSVM. Virum ætate grauem, atque magnis curis & laboribus confectum, eodem quo Archiepiſcopus renunciatus eſt Anno 1480. 29. Maij Cracouiæ mors abſtulit. Tangit hoc ipſum Cromerus lib. 29. IOANNES DLVGOSSVS Canonicus Cracouienſis, non multo ante deſignatus Archiepiſcopus Leopolienſis, viuere pariter & Annales Polonicos ſcribere deſijt. Vir nobilis de gente Wieniaua. Multa hic pro libertate Eccleſię, & Sedis Apoſtolicæ dignitate pertulit. Nam dũ, IACOBO SIENIENIO, quem Summus Pontifex, poſt deceſſum THOMÆ Strzepinij, Epiſcopum Cracouieñ, declarauerat, impenſius ſtudet. Regem CASIMIRVM grauiter offendit; proinde Cracouia à Præfecti apparitoribus contumelioſè eiectus. Domus eius à Staniſlao & Dobeſlao Kurozuanſcijs Rege inſpectante, & approbante, direpta, ipſe Sacerdotiorem fructibus ſpoliatus, proſcriptuſquè, in periculum vitæ inciderat. Poſtea vero reconciliatus Regi, in in-

timis

timis eius erat, ita quod filios ſuos, illi erudiendos traderet. & in obeundis legationibus maximi momenti, illius potiſsimum opera vteretur. Collegerat poſtmodum grandem peccuniam, quam in opera pietatis & beneficentię largè contulit. Cracouiæ in platea Caſtrenſi è regione Collegij Iuriſconſultorum, contubernium pro ſtudioſis Iuris erexit, & ei, prout illa tempora ferebāt, liberaliter prouidit, & hoc Bibliotheca propria inſtruxit. Fratres Ordinis Sancti Pauli primi Eremitæ, Częſtochouia euocatos, Caſimiriæ in Rupella ad Sancti Michaelis ædem locauit, & fūdauit. vbi ſepultus in carne quieſcit.

Sandomiriæ Manſionarios erexit, & alia permulta, extant eius liberalitatis monimenta. Scripſit Chronicon Polonorum, vitas Beati STANISLAI, Beatæ CVNEGVNDIS, & Epiſcoporum Poſnanienſium, ſoluta & plana oratione. Poſterius hoc opuſculum, nempè vitas Epiſcoporum Poſnanieñ, ANDREAE de Bnin Epiſcopo Poſnanieñ, quem ſuum vernaculum vocat, inſcripſit, quod Anno 1604. Thomas Treterus Cuſtos & Canonicus Varmieñ, in lucem edidit. Scripſit & alia plura, quæ enumerat Miechouienſis lib. 4. cap. 72. quo loco genus ipſius, virtutes, ac eruditionē cōmendat.

IOAN

IOANNES STRZELECIVS WATROBKA.

DLVGOSSO Electo tantum mediante, IOANNES STRZELECIVS Watrobka, GREGORIVM SANOCEVM, olim prælio Varnenſi commilitonem, in Archiepiſcopatu Leopolienſi, ſecutus, Anno Domini 1481. Sabbato ante Dominicam Natalis Domini, ſplendidiſsimo comitatu Leopolim ingreſſus, Metropolis ſuæ poſſeſsionem adijt. Fuit & is, ad Varnã, cum WLADISLAO Hungariæ,& Poloniæ Rege, captuſque à Turcis, mirabiliter cum ſocijs, quos nominat Cromerus lib. 21. euaſit. Poſtea ad Hungaros frequentes legationes obire ſolitus fuerat. Oxius hic gente. Cuius fratris Staniſlai, pietatem & magnitudinem animi, lib. 24. ita commendat Cromerus. Cum ad iuſſum Regis CASIMIRI, Canonici Cracouienſes, qui ſtabãt pro parte IACOBI SIENNII, quem Epiſcopum Cracouienſem, ſummus Pontifex renũciauerat, violenter Cracouia pellerentur, & variè affligerentur, tanta fuit & tam ſingularis, STANISLAI Watrobcæ gente Oxij pietas, & animi magnitudo, iuſſ⁹ à rege in bona ſacerdotũ, ſuę cupidi-

tati

tati aduerſantium inuadere, noluit, Regem que potius, quam DEVM offendere maluit. Sed non eſt imitatus, tam pium fratris animum, quem pro illo tempore declarauerat, ſacerdos frater, qui Archiepiſcopus factus, adulatoribus credens, Canonicos aduerſo animo perſecutus eſt, quin & reditus eorum auertit. Proinde Canonici, iniuriam hanc, ante omnia, Archiepiſcopo Gneſnenſi, per IOANNEM Crouitium Decanum, expoſuerunt. Inde Romam, ad INNOCENTIVM VIII. cauſſa deducta, Canonicis bene ceſsit, mandatum Archiepiſcopo, intra tempus præfixum, bona auerſa Capitulo reſtituere, ſub pæna anathematis. Dum hæc in Vrbe geruntur, Archiepiſcopus ex immoderata ratione victus, paralyſi tactus, valetudinis leuandæ gratia, Cracouiam proficiſcitur. Hîc nuncio accepto, Canonicos cauſſam Romæ obtinuiſſe, ex mærore morbo inualeſcente, vitam terminauit Anno 1493. Staniſlaus Strzelecius Watrobka Palatinus Belzenſis, præfatus Archiepiſcopi frater, in æde Sanctiſsimæ Trinitatis, apud Fratres Prædicatores Cracouiæ, in choro corpus ſepeliendum curauit, teſtantur etiam nũc, lapidi impreſſa inſignia.

L ANDRE-

ANDREAS BORZISSEVIVS ROSA.

ABſumpto mortalitate IOANNE Strzelecio Watrobka, ANDREAS Borziſſeuius Roſa, tunc Epiſcopus Præmiſlienſis, ad Epiſcopatum Præmiſlienſem, adiunxit Archiepiſcopatum Leopolienſem, eo ipſo tempore, quo FRIDERICVS Cardinalis Regis CASIMIRI Filius, Archiepiſcopatum Gneſnenſem, vna cum Epiſcopatu Cracouienſi regebat. Anno itaq; Domini 1494. Leopolim magno ſplendore ingreſſus, ac ſolenni omnium gratulatione exceptus, Eccleſiam Metropolitanam acceſsit. Magnam de eo ſpem probitatis, & dexteritatis omnes cōceperant, quæ ſpes fruſtra non fuit. Nam ſtatim damna bonis Eccleſiæ per hoſtes, & conſanguineos prædeceſſoris data, reparare maturauit. Opida, arces villas, reſtaurauit. Fautor & defenſor cleri acerrimus. Canonicos ſincerè dilexit. Egenorum, pupillorum, & viduārum patronus liberalis. Erga ſubditos beneuolus, in negotijs publicis & priuatis dexterrimus, Anno vero 1501. Poſt obitum, & iuſta funeris IOANNIS

NIS

NIS ALBERTI Poloniæ Regis, ad ALEXANDRVM Ducem Lituanorum, Electum Regem Polonorum, cum IOANNE Lubranſcio Epiſcopo Poſnanienſi, & alijs Senatoribus, Breſtam miſſus, ei regnum detulit, & Iuſiurandum tam ab eo, quam à proceribus Lituaniæ, de ſeruandis pactis conuentis exegit, atque ab illo tempore Regi charus eſſe cæpit. Proinde FRIDERICO Archiepiſcopo Gneſneñ, & Epiſcopo Cracouienſi Regio fratre, vita functo, ad Archiepiſcopatum Gneſnenſem euectus eſt, Anno 1503. Vbi cum ſediſſet annos ſeptem, moritur. & Gneſnæ propè ſepulchrum Diui ADALBERTI ſepelitur. In eius tumulo talis inſcriptio legitur. IOANNES de Laſko Archiepiſcopus Gneſnenſis, adoptationis memor,

Anteceſſori ſuo ANDREÆ Roſæ,
de Borziſzewice Anno Dñi MDX,
die XX. Apr. mortuo, ſarcophagum marmore decorat.

BERNARDINVS WILCZEK ROSA.

EOdem Anno 1503. quo ANDREAS Borzíſzeuius Roſa, Gneſnam conceſsit, BERNARDINVS Wilczek de Boczow, de gente eadem Roſarum, in Archiepiſcopatu Leopolienſi ſucceſsit, promotione gentilis ſui Roſæ Archiepiſcopi Gneſnenſis. Interim, Tartari Podoliam, Ruſsiam, atque Sandomirienſem tractum populando peruagati, etiam bona Archiepiſcopæ Leopolienſis afflixerunt. In his itaque calamitatibus, ad ANDREAM Roſam Archiepiſcopum Gneſnenſem, patronum ſuum declinauit, apud quem tantiſper manſit, donec bona Archiepiſcopatus Leopolienſis, per hoſtes deſtructa, ex reditibus, qui tunc prouenire poterant, aliquatenus reficerentur. Rebus pacatis, & in meliorem ſtatum adductis, Leopolim redijt, atque ad ordinandam & ornandam Eccleſiam animum conuertit. Vicarios per Canonicos fundatos & dotatos, confirmauit Anno 1513. Canonicis ipſis familiariſsimè vſus, quos & conſilijs ſuis adhibebat, & ad Capitula eorum veniebat, de rebus in cōmune conſulens, quorum etiam Collegium optimis legibus deuinxit, & compactata inter hos, & Magiſtratū Leopolienſem ſtabiliuit Anno Dñi 1514. Porro Anno 1527. Leopolis incendio ab-

ſumpta

ſumpta die 3. Iun. feria quinta ante dies Penteco-ſtes, tectum templi Cathedralis, cum fornice, turriſquè, & campanæ arſerant. In eo damno ſarciendo, magnum ſumptum fecit, tectum cum fornice reparauit, turrim reſtaurauit, campanas nouas dedit, & vnam inſigniorem, quam nomen Patroni ſui BERNARDINI ferre voluit. Domum Canonicalem tegulis texit, ædes Prædicatoris, parietibus muratis ſtruxit; piſcinas in Baśiowka pro Canonicis, ære proprio parauit. Anno vero 1532. 1. Iulij Altare Beatæ MARIÆ Virginis ſupra memoratæ fundationis Włotkouicianæ, conſecrauit, prout tabella atteſtatur. Præterea, vt lampas ante diuiniſsimum Sacramentum, perpetuo arderet, cura & impenſa prouidit. Imaginem Beatæ MARIÆ Virginis, ex argento affabre elaboratā, quingentorum florenorum valoris, Eccleſiæ donauit, multaquè in auro, argento, veſtibus, & apparamentis Eccleſiæ reliquit, & teſtamento quingentos florenos (quæ illo tēpore ſumā non parua habebatur) eidē Eccleſiæ legauit. Cænobia & hoſpitalia, ſingulis ſeptimanis ſubleuabat. Viros doctos dilexit, & ad beneficia promouit libenter. Villam dictam Lubienie, in diſtrictu Leopolienſi pro conſanguineis emit, cuius ad præſens, poſſeſsionem poſte-

 ritas

ritas eius retinet. In ſumma, erga omnes paternum geſsit animum, propterea gratus & charus vixit omnibus, ac dierum, bonorumquè operũ plenus, cum in Archiepiſcopatu Annos 37. exegiſſet, Sacramentis omnibus præmunitus, ac rebus bene & ex ſententia diſpoſitis, executione ſingulorum Capitulo Teſtamento conſignata, vitæ ſuæ terminum, beata morte concluſit. Anno 1540. 21. Martij. Diuo Benedicto ſacra, multa bona Eccleſiæ, ſucceſſori, Capitulo, & cognatis relinquens.

PETRVS STARZECHOVIVS.

IN locum demortui BERNARDINI Wilczek, PETRVS Starzechouius, de Starzechouice, Canonicus Præmiſlienſis, Præpoſitus Iaroſlauienſis, vetuſta & nobiliſsima Leliuorum gente ortus, SIGISMVNDI Primi voluntate, contra ſuam voluntatem, ad Archiepiſcopatum Leopolienſem, promotus. Anno Domini 1541. 13. Menſis Februarij quæ tunc erat Dominica Se-

ptuageſimæ

Digitized by Google

ptuageſimæ, peracta conſecrationis ſuę celebritate, in Eccleſia Collegiata Iaroſlauienſi, per STANISLAVM Tarlo Epiſcopum Præmiſlienſem, ad ſedem ſponſamque ſuam Eccleſiam Metropolitanam Leopolienſem, die 24. Menſis prætacti, quæ Diuo Matthiæ Apoſtolo erat ſacra, hora quaſi tertiarum, Leopolim intrans, clero, & Senatu, atq; populo ciuitatis, cũ Armenorũ & Ruthenorum proceſsionibus obuiam exeuntibus, cum ingenti totius populi, ac vniuerſi ſtatus Prouinciæ ſuæ applauſu, in ſuburbio Cracouienſi honorifice ſalutatus, & exceptus ad Eccleſiam Metropolitanam introductus. vbi diuino officio, & Miſſæ ſolennitatibus de die celebratis, ad curiam Archiepiſcopalem deductus eſt. Fuit vir pius, modeſtus, rectus, & in officio Paſtorali vigilantiſsimus. Sæpe ad populũ, ex intimo cordis affectu, cum lacrymis, verba faciebat. Quamuis autem ad cœleſtia magis, quam ad terrena ſpiritu intentus fuiſſet, nihilominus & Eccleſiæ bona, magno ſtudio promouebat. Qui in felici ſenecta, cum Archiepiſcopali munere, in ſumma laude, & magno animarum fructu 14. annos functus fuiſſet, apoplexia correptus, ad beatiorẽ vitam cõmigrauit, Anno 1554. die prima Aprilis.

FELIX LIGĘZA.

Viuente PETRO Starzechouio, FELIX Ligęza à Bobrek de armis Pułkoźic, antiqua & clara familia, Canonicus Cracouienſis, Præpoſitus Przeſlauienſis, à SIGISMVNDO Primo; conſentiente PETRO Starzechouio Coadiutoriam (vt vocant) Archiepiſcopatus Leopolienſis, & eius confirmationem, à Sede Apoſtolica, impetrauerat. Paulò poſt, mortuo PETRO Starzechouio, accepta inſtitutione, & pallio Roma, feſtiuitate Pentecoſtes Anno Dñi 1555. in Comitijs Generalibus Regni, in præſentia Regis, Senatus, & ordinum, per NICOLAVM Dziergouium Archiepiſcopum Gneſnenſem, cōſecratus, eodem Anno, die Iouis, vndecima Iulij, Magnificis Viris, IOANNE Mielecio Palatino Podoliæ, Regni Poloniæ ſupremo, & STANISLAO Maćieiouio, Caſtellano Sandomirienſi, Regis Curiæ Marſalcis, fratribus, & amicis, honorificè deducentibus, Leopolim ad ſuam Eccleſiam venit. Atq; prima Miſſa, die Dedicationis Eccleſiæ peracta, poſt conuiuium, quod ſolenne parauerat amicis, qui cum eo ve-

nerant

nerant in poſſeſsionem bonorum perrexit. Atq; in curijs opidorum, & villarum, potiſsimum autem Dunaiouiæ vitam agebat, conuiuijs & vario Muſicorum concentu, ſenectutem ſuam oblectans, & in dies hoſpitibus affluens, Leopolim non niſi ad feſta ſolenniora veniebat. Porro annis, & amicis monentibus, rebus ſuis vt prouideret, dum de die in diem differt, ſubitò ſyncope exanimatus, apud Dunaiouiam, debitum naturæ perſoluit Anno 1560, nullo teſtamento facto. Propterea Capitulum, & bona menſæ Archiepiſcopalis, magnis difficultatibus inuoluerat. LEONARDVS Słonczeuius Epiſcopus Cameneceenſis, exequias obibat, hic idem concionem funebrē habuit. NICOLAO Sieniauio Palatino Ruſsiæ, IOANNE Mielecio Palatino Podoliæ Regni Marſalco, & alijs Proceribus Regni, & amicis, funus honeſtantibus.

Eius in Actis Conſiſtorij, legitur tale elogium. Reuerendiſsimus in Chriſto Pater, Dominus FELIX Ligęza Archiepiſcopus Leopolienſis, vir præclarę in Deum pietatis, in proximum quēque ſummæ beneuolentiæ, grauitatem, quam & muneris ſublimitas, & familiæ ſplendor, tum ætas canitie venerabilis, dederat, humanitate incredibili condire ſolitus. Omnibus charus, cleri,

Eccleſiarum, ac ſtudioſorum defenſor, & propugnator ſtrenuus. Homo lautus, liberalis, & ſordium expers, dum in ipſo mox deſituri, ac eum relicturi ſpiritus articulo, hæreticos ſupra vires, ægritudine fractus, alacri ſtudio, Doctoris Melchioris Dominicani, Theologi doctiſsimi miniſterio, feliciter ſuperat, atque proſternit, triumphans terra relicta, cœlum meruit.
Dunaiouiæ, die Iouis 25 Ianuarij.
Hora 14. Anno Dñi 1560.

PAVLVS TARŁO.

FELIX Ligęza accepit ſucceſſorem, in Archiepiſcopatu Leopolienſi, PAVLVM Tarło de Sczekarzouice, ex antiqua & illuſtri Topororum familia, Decanum Præmiſlienſem, Canonicum Cracouienſem, virum ætate, & moribus grauem, per SIGISMVNDVM Auguſtum Regem nominatum. Qui obtenta inſtitutione à PIO IIII. Anno Domini 1561. per WALENTINVM Herborth, Epiſcopum Præmiſlienſem, in templo Sancti ANDREÆ, apud Fratres Ordinis Sancti FRANCISCI de obſeruantia, ante portam Halicienſem conſecratus, ab eodē & LEONARDO Słonczeuio Epiſcopo Camene-

meneceníi, magna cleri, nobilium, atque ciuium frequentia, in ciuitatem & Metropolim ſuam deductus eſt. Crux non præferebatur, quia nondũ pallium obtinuerat. Facto in manu Capituli iuramento, omnibuſquè ritè & ex dignitate peractis, omnes per triduum magnifico conuiuio excipiebat. Anno ſequenti 1562. feria ſexta ante Dominicam Lætare in villa Malczyce, per VALENTINVM Herborth Epiſcopum Præmiſlienſem, pallium eſt illi impoſitum. Dunaiouiæ & hic, atque Kakolnicijs frequentius agebat, Leopolim feſtis ſolennioribus reuiſens. Eius tempore Synodus Prouincialis Leopolienſis Prouinciæ celebrata eſt. Anno Domini 1564. die 8. Nouembr. Præſidentibus ei IOANNE FRANCISCO Commendono, Patircio Veneto Epiſcopo Zacynthi, Pij IIII. Papæ Legato, & PAVLO Tarło Archiepiſcopo Leopolienſi, præſentibus IOANNE Starozrzebſcio, Epiſcopo Chełmenſi, ALBERTO Pilznenſi, VALENTINI HERBORT Præmiſlienſis, P. Borzymirſcio, DIONYSII Secigniouij Camenecenſis, Epiſcoporum, atq; Capitulorum Suffraganearum Eccleſiarum Nuncijs, ad Synodum cum facultatibus miſsis. In ea Synodo Concilium Tridentinum à Prouincia Leopolienſi receptum eſt,

M 2 con-

conſtituta & alia multa, quæ ad ornamentum & incrementum Metropolis huius, pertinere videbantur. Extant hæc connotata in Actis Capituli Leopolienſis. Atque ea ipſa, quæ in illa Synodo Prouinciali,piè & prudenter conſtituta fuerãt, vt debitam executionem obtineãt, mandat c. 7. Synodus Diœceſana, ſub ampliſsimo Archipræſule IOANNE DEMETRIO Solikouio habita Anno 1583, vbi nonnulla eius decreta referuntur. Iam vero Anno 1565. Feſtis Natalis Domini tranſactis, ſpaſmo laborare cæpit Archiepiſcopus, cui ſingultus ſucceſsit, & eum mors ſecuta hora 10 noctis, 21 Ianuarij. Poſt cuius mortem, illud mirabile accidit, die 25 eius menſis, hoc eſt, die Cõuerſionis S. Pauli Apoſtoli, tres ſoles in occidente viſi ſunt. Quoniã vero inteſtatus deceſſerat, magna controuerſia exorta fuit, inter Capitulum & IOANNEM Tarſo Vexilliferum Leopolienſem, fratrem Archiepiſcopi, ea demum in Comitijs Regni Petricouienſibus, per IOANNEM Franciſcum Commendonum, prænominatum Pontificium legatum, IACOBVM Vchanium Archiepiſcopum Gneſnenſem, STANISLAVM Hoſium Epiſcopum Warmienſem Cardinalem, & alios Regni Proceres, compoſita

fuit

fuit. Sepultus autem eſt 12 Aprilis, VALENTINO Herbort Epiſcopo Præmiſlienſi, funebrem Miſſam celebrante, NICOLAO Sieniauio Palatino Ruſsiæ, PETRO Barzi Caſtellano Prgmiſlienſi, Capitaneo Leopolienſi, nec non IOANNE & STANISLAO fratrbus, & alijs multis, iuſta funeri ſoluentibus.

De eo tale eſt in Actis conſiſtorij Leopolienſis, encomium.

Anno Domini 1565. die Solis, 21 Menſis Ian: hora 10 noctis ſequẽtis, Reuerẽdiſsim⁹ Dominus PAVLVS Tarło Archiepiſcopus Leopolienſis, de armis bipennium, vir pluſquam humana humanitate, nemini vnquam iniurius, vindictæ neſcius, æque omnibus affectus, & facilis, nullum amici & inimici, probi & improbi, fidelis, & aſtuti, diſcrimen habere ſolitus, continentia, & prudentia inſignis, magno omnium mærore Leopoli mortuus.

STANISLAVS SŁOMOVIVS.

POſteaquã PAVLVS Tarło obijſſet, SIGISMVNDVS AVGVSTVS Rex, in co-

mitijs Generalibus Petricouienſibus, ad S T A-
N I S L A V M Słomouium vetuſti ſtemmatis
Abdank, Epiſcopum Laodicenſem, Suffraganeum & Cantorem Cracouienſem, virum ætate maturum, eruditione & virtute conſpicuum, ac in vtroq; Iure exercitatiſsimum, Archiepiſcopatum Leopolienſem detulit. Is obtenta à PIO IIII. tranſlatione, Leopolim ad ſuam ſponſam, amicorum & vicinorum frequenti corona ſtipatus die 7. Decembr. quæ erat feria ſexta, & Vigilia Conceptionis Beatæ MARIÆ Virginis, hora 19. Anno Domini 1565. ingreſſus, à clero & ciuibus, magna animorum alacritate exceptus, nomine Capituli à PETRO Skarga Canonico ſalutatus eſt. Pranſus in domo Archiepiſcopali, ad templũ rediјt, poſtridie vero Miſſam celebrauit. Dominica proxima Canonicos, & alios ſacerdotes lauto conuiuio excepit. die ſecunda Magiſtratum ciuitatis, tertia Proceres & nobiles, Staniſlaum Spytek Caſtellanum Cracouienſem, Ioannem Starzechouium Palatinum Podoliæ, Nicolaum Sieniauium exercituum ducem, & alios multos, qui in quodam Regni negotio Leopolim tunc conuenerant. His magnifice tractatis, & feſtiuitate Natalis Domini abſoluta, Dunaiouiam & alias poſſeſsiones adijt.

Videns

Videns autem ædificia ruinoſa, & poſſeſsionũ Archiepiſcopalium terminos, à vicinis in anguſtum redactos, cogitare cæpit, quonam pacto huic incommodo conſulere poſsit. Anno itaque 1566. finitis Comitijs generalibus Lublini, quo erat cum NICOLAO Sieniauio duce exercituum profectus, domum rediens, monuit vicinos, vellent vltro bonis inique poſſeſsis cedere. qui dũ recuſant, iure victi, Eccleſiæ reſtituere quæ ademerant, coacti ſunt. Prolatis igitur & pacatisſinibus, vetuſtate collapſa reſtaurabat, multa de nouo erigebat. Altare maius in Eccleſia Metropolitana, pro illo tempore non inelegans, comparauit. In domo Archiepiſcopali teſtudinem extruxit. Dunaiouiæ arcem ruinæ proximam, refecit; lacum Malczycenſem, per Anteceſſores ſuos amiſſum, magno labore & ſumptu recuperauit. Piſcinas & ſtagna pro vſu ſucceſſorum ſtruxit, & nunquam in eo ſtudio, vt Eccleſiæ prodeſſet fatigabatur, meliora & ampliora incrementa in dies cogitans. Et niſi mors ſupremã approperaſſet diem, reliquiſſet Eccleſiam hanc, multis amplificatam, ornamentis. Verum cum iam eſſet curis quotidianis, & Eccleſiaſticis functionibus ſtudioſe abſoluendis, confectus, omnibus legitime compoſitis die 22. Septembris. Anno 1575. re-

bus

ritas eius retinet. In ſumma, erga omnes paternum geſsit animum, propterea gratus & charus vixit omnibus, ac dierum, bonorumquè operũ plenus, cum in Archiepiſcopatu Annos 37. exegiſſet, Sacramentis omnibus præmunitus, ac rebus bene & ex ſententia diſpoſitis, executione ſingulorum Capitulo Teſtamento conſignata, vitæ ſuæ terminum, beata morte concluſit.

Anno 1540. 21. Martij. Diuo Benedicto ſacra, multa bona Eccleſiæ, ſucceſſori, Capitulo, & cognatis relinquens.

PETRVS STARZECHOVIVS.

IN locũm demortui BERNARDINI Wilczek, PETRVS Starzechouius, de Starzechouice, Canonicus Præmiſlienſis, Præpoſitus Iaroſlauienſis, vetuſta & nobiliſsima Leliuorum gente ortus, SIGISMVNDI Primi voluntate, contra ſuam voluntatem, ad Archiepiſcopatum Leopolienſem, promotus. Anno Domini 1541. 13. Menſis Februarij quæ tunc erat Dominica Se-

ptuageſimæ

ptuageſimæ, peracta conſecrationis ſuę celebritate, in Eccleſia Collegiata Iaroſlauienſi, per STANISLAVM Tarlo Epiſcopum Præmiſlienſem, ad ſedem ſponſamque ſuam Eccleſiam Metropolitanam Leopolienſem, die 24. Menſis prætacti, quæ Diuo Matthiæ Apoſtolo erat ſacra, hora quaſi tertiarum, Leopolim intrans, clero, & Senatu, atq; populo ciuitatis, cũ Armenorũ & Ruthenorum proceſsionibus obuiam exeuntibus, cum ingenti totius populi, ac vniuerſi ſtatus Prouinciæ ſuæ applauſu, in ſuburbio Cracouienſi honorifice ſalutatus, & exceptus, ad Eccleſiam Metropolitanam introductus. vbi diuino officio, & Miſſæ ſolennitatibus de die celebratis, ad curiam Archiepiſcopalem deductus eſt. Fuit vir pius, modeſtus, rectus, & in officio Paſtorali vigilantiſsimus. Sæpe ad populũ, ex intimo cordis affectu, cum lacrymis, verba faciebat. Quamuis autem ad cœleſtia magis, quam ad terrena ſpiritu intentus fuiſſet, nihilominus & Eccleſiæ bona, magno ſtudio promouebat. Qui in felici ſenecta, cum Archiepiſcopali munere, in ſumma laude, & magno animarum fructu 14. annos functus fuiſſet, apoplexia correptus, ad beatiorẽ vitam cõmigrauit, Anno 1554. die prima Aprilis.

FELIX

FELIX LIGĘZA.

VIuente PETRO Starzechouio, FELIX Ligęza à Bobrek de armis Půłkoźic, antiqua & clara familia, Canonicus Cracouienſis, Præpoſitus Przeſlauienſis, à SIGISMVNDO Primo, conſentiente PETRO Starzechouio Coadiutoriam (vt vocant) Archiepiſcopatus Leopolienſis, & eius confirmationem, à Sede Apoſtolica, impetrauerat. Paulò poſt, mortuo PETRO Starzechouio, accepta inſtitutione, & pallio Roma, feſtiuitate Pentecoſtes Anno Dñi 1555. in Comitijs Generalibus Regni, in præſentia Regis, Senatus, & ordinum, per NICOLAVM Dziergouium Archiepiſcopum Gneſnenſem, cõſecratus, eodem Anno, die Iouis, vndecima Iulij, Magnificis Viris, IOANNE Mielecio Palatino Podoliæ, Regni Poloniæ ſupremo, & STANISLAO Maćieiouio, Caſtellano Sandomirienſi, Regis Curiæ Marſalcis, fratribus, & amicis, honorificè deducentibus, Leopolim ad ſuam Eccleſiam venit. Atq; prima Miſſa, die Dedicationis Eccleſiæ peracta, poſt conuiuium, quod ſolenne parauerat amicis, qui cum eo ve-

neranr

nerant in poſſeſsionem bonorum perrexit. Atq; in curijs opidorum, & villarum, potiſsimum autem Dunaiouiæ vitam agebat, conuiuijs & vario Muſicorum concentu, ſenectutem ſuam oblectans, & in dies hoſpitibus affluens, Leopolim non niſi ad feſta ſolenniora veniebat. Porro annis, & amicis monentibus, rebus ſuis vt prouideret, dum de die in diem differt, ſubitò ſyncope exanimatus, apud Dunaiouiam, debitum naturæ perſoluit Anno 1560, nullo teſtamento facto. Propterea Capitulum, & bona menſæ Archiepiſcopalis, magnis difficultatibus inuoluerat. LEONARDVS Słonczeuius Epiſcopus Camenecenſis, exequias obibat, hic idem concionem funebrẽ habuit. NICOLAO Sieniauio Palatino Ruſsiæ, IOANNE Mielecio Palatino Podoliæ Regni Marſalco, & alijs Proceribus Regni, & amicis, funus honeſtantibus.

Eius in Actis Conſiſtorij, legitur tale elogium. Reuerendiſsimus in Chriſto Pater, Dominus FELIX Ligęza Archiepiſcopus Leopolienſis, vir præclarę in Deum pietatis, in proximum quẽque ſummæ beneuolentiæ, grauitatem, quam & muneris ſublimitas, & familiæ ſplendor, tum ætas canitie venerabilis, dederat, humanitate incredibili condire ſolitus. Omnibus charus, cleri,

Eccleſiarum, ac ſtudioſorum defenſor, & propugnator ſtrenuus. Homo lautus, liberalis, & ſordium expers, dum in ipſo mox deſituri, ac eum relicturi ſpiritus articulo, hæreticos ſupra vires, ægritudine fractus, alacri ſtudio, Doctoris Melchioris Dominicani, Theologi doctiſsimi miniſterio, feliciter ſuperat, atque proſternit, triumphans terra relicta, cœlum meruit.
Dunaiouiæ, die Iouis 25 Ianuarij.
Hora 14. Anno Dñi 1560.

PAVLVS TARŁO.

FELIX Ligęza accepit ſucceſſorem, in Archiepiſcopatu Leopolienſi, PAVLVM Tarło de Sczekarzouice, ex antiqua & illuſtri Toprororum familia, Decanum Præmiſlienſem, Canonicum Cracouienſem, virum ætate, & moribus grauem, per SIGISMVNDVM Auguſtum Regem nominatum. Qui obtenta inſtitutione à PIO IIII. Anno Domini 1561. per WALENTINVM Herborth, Epiſcopum Præmiſlienſem, in templo Sancti ANDREÆ, apud Fratres Ordinis Sancti FRANCISCI de obſeruantia, ante portam Halicienſem conſecratus, ab eodẽ & LEONARDO Słonczeuio Epiſcopo Camene-

meneceņſi, magna cleri, nobilium, atque ciuium frequentia, in ciuitatem & Metropolim ſuam deductus eſt. Crux non præferebatur, quia nondū pallium obtinuerat. Facto in manu Capituli iuramento, omnibuſquè ritè & ex dignitate peractis, omnes per triduum magnifico conuiuio excipiebat. Anno ſequenti 1562. feria ſexta ante Dominicam Lætare in villa Malczyce, per VALENTINVM Herborth Epiſcopum Præmiſlienſem, pallium eſt illi impoſitum. Dunaiouiæ & hic, atque Kakolnicijs frequentius agebat, Leopolim feſtis ſolennioribus reuiſens. Eius tempore Synodus Prouincialis Leopolienſis Prouinciæ celebrata eſt. Anno Domini 1564. die 8. Nouembr. Præſidentibus ei IOANNE FRANCISCO Commendono, Patircio Veneto Epiſcopo Zacynthi, Pij IIII. Papæ Legato, & PAVLO Tarło Archiepiſcopo Leopolienſi, præſentibus IOANNE Starozrzebſcio, Epiſcopo Chełmenſi, ALBERTO Pilznenſi, VALENTINI HERBORT Præmiſlienſis, P. Borzymirſcio, DIONYSII Secignioulij Camenecenſis, Epiſcoporum, atq; Capitulorum Suffraganearum Eccleſiarum Nuncijs, ad Synodum cum facultatibus miſsis. In ea Synodo Concilium Tridentinum à Prouincia Leopolienſi receptum eſt,

conſtituta & alia multa, quæ ad ornamentum & incrementum Metropolis huius, pertinere videbantur. Extant hæc connotata in Actis Capituli Leopolienſis. Atque ea ipſa, quæ in illa Synodo Prouinciali, piè & prudenter conſtituta fuerāt, vt debitam executionem obtineāt, mandat c. 7. Synodus Diœceſana, ſub ampliſsimo Archipræſule IOANNE DEMETRIO Solikouio habita Anno 1583, vbi nonnulla eius decreta referuntur. Iam vero Anno 1565. Feſtis Natalis Domini tranſactis, ſpaſmo laborare cæpit Archiepiſcopus, cui ſingultus ſucceſsit, & eum mors ſecuta hora 10 noctis, 21 Ianuarij. Poſt cuius mortem, illud mirabile accidit, die 25 eius menſis, hoc eſt, die Cōuerſionis S. Pauli Apoſtoli, tres ſoles in occidente viſi ſunt. Quoniā vero inteſtatus deceſſerat, magna controuerſia exorta fuit, inter Capitulum & IOANNEM Tarſo Vexilliferum Leopolienſem, fratrem Archiepiſcopi, ea demum in Comitijs Regni Petricouienſibus, per IOANNEM Franciſcum Commendonum, prænominatum Pontificium legatum, IACOBVM Vchanium Archiepiſcopum Gneſnenſem, STANISLAVM Hoſium Epiſcopum Warmienſem Cardinalem, & alios Regni Proceres, compoſita

fuit

fuit. Sepultus autem eſt 12 Aprilis, VALENTINO Herbort Epiſcopo Præmiſlienſi, funebrem Miſſam celebrante, NICOLAO Sieniauio Palatino Ruſsiæ, PETRO Barzi Caſtellano Prҫmiſlienſi, Capitaneo Leopolienſi, nec non IOANNE & STANISLAO fratribus, & alijs multis, iuſta funeri ſoluentibus.

De eo tale eſt in Actis conſiſtorij Leopolienſis, encomium.

Anno Domini 1565. die Solis, 21 Menſis Ian: hora 10 noctis ſequẽtis, Reuerẽdiſsim⁹ Dominus PAVLVS Tarło Archiepiſcopus Leopolienſis, de armis bipennium, vir pluſquam humana humanitate, nemini vnquam iniurius, vindictæ neſcius, æque omnibus affectus, & facilis, nullum amici & inimici, probi & improbi, fidelis, & aſtuti, diſcrimen habere ſolitus, continentia, & prudentia inſignis, magno omnium mærore Leopoli mortuus.

STANISLAVS SŁOMOVIVS.

POſteaquã PAVLVS Tarło obijſſet, SIGISMVNDVS AVGVSTVS Rex, in co-

mitijs Generalibus Petricouienſibus, ad S T A-
N I S L A V M Słomouium vetuſti ſtemmatis
Abdank, Epiſcopum Laodicenſem, Suffraganeum & Cantorem Cracouienſem, virum ætate maturum, eruditione & virtute conſpicuum, ac in vtroq; Iure exercitatiſsimum, Archiepiſcopatum Leopolienſem detulit. Is obtenta à PIO IIII. tranſlatione, Leopolim ad ſuam ſponſam, amicorum & vicinorum frequenti corona ſtipatus die 7. Decembr. quæ erat feria ſexta, & Vigilia Conceptionis Beatæ M A R I Æ Virginis, hora 19. Anno Domini 1565. ingreſſus, à clero & ciuibus, magna animorum alacritate exceptus, nomine Capituli à P E T R O Skarga Canonico ſalutatus eſt. Pranſus in domo Archiepiſcopali, ad templũ redijt, poſtridie vero Miſſam celebrauit. Dominica proxima Canonicos, & alios ſacerdotes lauto conuiuio excepit. die ſecunda Magiſtratum ciuitatis, tertia Proceres & nobiles, Staniſlaum Spytek Caſtellanum Cracouienſem, Ioannem Starzechouium Palatinum Podoliæ, Nicolaum Sieniauium exercituum ducem, & alios multos, qui in quodam Regni negotio Leopolim tunc conuenerant. His magnifice tractatis, & feſtiuitate Natalis Domini abſoluta, Dunaiouiam & alias poſſeſsiones adijt.

Videns

Videns autem ædificia ruinoſa, & poſſeſsionū Archiepiſcopalium terminos, à vicinis in anguſtum redactos, cogitare cæpit, quonam pacto huic incommodo conſulere poſsit. Anno itaque 1566. finitis Comitijs generalibus Lublini, quo erat cum Nicolao Seniauio duce exercituum profectus, domum rediens, monuit vicinos, vellent vltro bonis inique poſſeſsis cedere. qui dū recuſant, iure victi, Eccleſiæ reſtituere quæ ademerant, coacti ſunt. Prolatis igitur & pacatis finibus, vetuſtate collapſa reſtaurabat, multa de nouo erigebat. Altare maius in Eccleſia Metropolitana, pro illo tempore non inelegans, comparauit. In domo Archiepiſcopali teſtudinem extruxit. Dunaiouiæ arcem ruinæ proximam, refecit; lacum Malczycenſem, per Anteceſſores ſuos amiſſum, magno labore & ſumptu recuperauit. Piſcinas & ſtagna pro vſu ſucceſſorum ſtruxit, & nunquam in eo ſtudio, vt Eccleſiæ prodeſſet fatigabatur, meliora & ampliora incrementa in dies cogitans. Et niſi mors ſupremā approperaſſet diem, reliquiſſet Eccleſiam hanc, multis amplificatam, ornamentis. Verum cum iam eſſet curis quotidianis, & Eccleſiaſticis functionibus ſtudioſe abſoluendis, confectus, omnibus legitime compoſitis die 22. Septembris. Anno 1575. re-

bus

bus humanis eximitur. Scythis tum Ruſsiam prope Leopolim populantibus, qui Pokrowni vulgo à Ruſsis dicuntur. Canonici, pro illius in ſe mirifico amore, ſuaquè in illum pari obſeruantia, funus ei ſatis amplum fieri curauerunt.

IOANNES A SIENNO.

IOANNES à Sienno, de armis Dębno, familia peruetuſta, & illuſtri, multorumque Senatorum Eccleſiaſtici & ſecularis ordinis feraciſsima, STANISLAO Słomouio in Archiepiſcopatu Leopolienſi ſucceſſor datus eſt. Ab adoleſcentia diſciplinæ militari ſtudio delectatus, in artibus liberalibus non multum profecerat. Vxorem duxit, liberos procreauit, atque Halicienſis Caſtellanus factus, in Senatu, prudenter & feſtiue ſententias dicebat. Coniuge mortua, Archiepiſcopus Leopolienſis per Regem Stephanum nominatus, & per Sedem Apoſtolicam inſtitutus, conſecratione ac alijs ſolennitatibus rite peractis, ad Eccleſiam Metropolitanam Leopolienſem, eleganti comitatu venit, die 22 Aprilis Anno 1577.

vbi

Digitized by Google

Vbi vero Eccleſiæ annis quinque præfuiſſet, in bona ſenectute deceſsit Anno 1582.

IOANNES DEMETRIVS SOLICOVIVS.

IN locum IOANNIS à Sienno defuncti, IOANNES DEMETRIVS Solicouius Scholaſticus Wladiſlauienſis, de armis Boncza, per STEPHANVM Regem Archiepiſcopus nominatus, ac per ſedem Apoſtolicam inſtitutus, à STANISLAO Karnkouio Archiepiſcopo Gneſnenſi, Kaliſsij conſecratus. Anno Domini 1583. in vigilia Sancti IOANNIS Baptiſtæ, Metropolis ſuæ, in ſuma omniũ gratulatione, poſſeſsionem adijt. Spectatæ virtutis atque eruditionis vir, in Academia Cracouienſi primum, deinde in externis Academijs, bonis literis egregie inſtructus, ita vt tam ſoluta, quam ligata oratione multum polleret. Scripſit orationem funebrem in obitum SIGISMVNDI Auguſti Regis, quæ in corpore Hiſtoriæ Polonæ habetur. Scripſit & Vraniam, hoc eſt, expeditionem Nunciorum in Gallias, ad poſtulandum HENRICVM Valeſium,

Ducem Andium in Regem Poloniæ electum, eleganti carmine. Scripſit & alia multa, pie & religioſè in Archiepiſcopatu, quæ non extant. Adoleſcens aulam SIGISMVNDI Auguſti ſecutus, quo mortuo, poſt diſceſſum HENRICI, ad STEPHANVM, qui ſucceſſerat ſe contulit, quem ille ob ſingulares animi & ingenij dotes plurimũ dilexit, & ad Archiepiſcopalē dignitatem euexit.

In legationibus obeundis, felix inprimis habitus, quas cum aulicus ſæpius ſuſcepiſſet, & feliciter expediuiſſet, & in Archiepiſcopatu continuauit. Ad MAXIMILIANVM II. miſſus, Lincij diutius detentus fuerat. Ad SIXTVM V. Pontificem Romanum, nomine STEPHANI Regis cum obedientia profectus, tantum apud hunc ſibi fauorem conciliauerat, vt maximis gratijs in ſpiritualibus auctus Roma rediret, in quibus communicandis, non erat difficilis. Ciuitati præterea Leopolienſi, ob ſeruatam ſanctè & integrè, inter tot ſchiſmaticos Catholicam fidem, antiquo inſigni Leonis, additã ſtolam candidam, ab eodem Pontifice attulit. Anno 1598 ad ordinãdam Liuoniam à SIGISMVNDO III. qui nunc regnat, cum alijs Regni Proceribus miſſus, Prouinciam illam in meliorem ſtatum redegit. In ſumma, viginti quatuor Legationibus in vita

ſua

ſua, cum magna dignitate, & vtilitate, Regis & Regni perfunctus eſt. Archiepiſcopus factus, Diœceſim neglectam, & propè collapſam, tam per ſe, quàm per alios ſæpius viſitando, breui reformauit. In Eccleſia Metropolitana officia Eccleſiaſtica, ad eam conſonantiam, quam nunc tenemus adduxit, Archidiaconi dignitatem, quæ extincta fuerat reuocauit. Atque primum Archidiaconum Hieronymum ex fratre nepotem, inſtituit. Manſionarios ad horas B. MARIÆ V. decantandas deputatos, reſtituit & ſuppleuit, ac pro his Altare erexit, egregie ſtructum, & eleganti pictura adornatum. Synodos Diœceſanas, quæ typis connotatæ ſunt, duas habuit, vnam, Anno 1583. alteram 1593. Patres ſocietatis IESV primus in hanc ciuitatem introduxit, & in fundo Eccleſiæ locauit, Anno 1590. Quorum primum in hanc ciuitatem ingreſſum, SIMON Simonides Leopolienſis, excellens Poëta, hoc exornauit carmine.

TAndem vos etiam noſtris DEVS intulit oris,
    O IESV. vt titulo, ſic pietate patres.
Tandem etiam noſtra, veſtrum iubar vrbe reluxit,
    Immenſum toto, quod iubar orbe nitet.
Maximus auricomo, dum ſe ſol lampade pandit,
    Haud quæquam regio, luce carere poteſt.

Nos radiis veſtris tamen, huc ſine viximus vſque,
Sero oritur nobis, lucida veſtra dies.
Sed ſero quamuis, ſatius tamen eſſe politos,
Vel ſero, vſque alia, quam caruiſſe mora.
Cui non arriſit ſub primis menſibus æſtas,
Vel ſeris ſegetem ſolibus hic faciat.
Aſt licet hyberno torpeſcant ſydere terræ,
Horridaquè ingeminet frigora, trux Boreas.
Qua veſter vultus, qua ſe veſtigia veſtra
Intulerint, placido conſpicienda pede.
Hac ver egelidum, hac fæcundæ æſtatis honores,
Hac veniet pleno, copia pulchra ſinu.
Hac efflorescet pietas, hac gratia dia.
Hac virtus, nullo crimine læſa animum.
Hac intacta fides, hac ſancto robore victrix
Religio, hac ſuperos flectere doctus amor.
Hac nomen IESV, IESV cum nomine cuncta,
Vitaquè perpetuo fonte beata ſcatens.
Saluete ô magnum decus, ô ſuperum incrementum,
O IESV, vt titulo, ſic pietate patres.

Eiſdem Patribus conceſsit facultatem prædicandi, & omnia ſui inſtituti propria ad Dei cultum propagādum, tam in vrbe, quam extra vrbem per vniuerſam etiam Diœceſim Leopolienſem, & Prouinciam Ruſsiæ vt patet ex articulo 23. Synodi Anni 1593. Monialibus Sanctæ Scholaſticæ, quæ ſub regula Diui BENEDICTI viuunt, in ſuburbano Cracouienſi locum aſsignauit, ea-

rumquè

rumq; primordia,ſiue religioſam inſtitutionẽ ſpectes, ſiue ædificia egregie promouit. Quod vero maximè optabat,& deſiderium hoc, in vtraque illa Synodo conteſtatus fuerat, nimirum, vt aliqua ratione rebelle Ruthenorum ſchiſma ſanari poſſet, hoc conſecutus eſt. Nam Hypatius Pociey Metropolita Kijouieñ, ritus Græcanici, præſtita in vrbe Clementi VIII. Pontifici Maximo obedientia, ad proteſtandam & publicandã vnionem, Breſtam ad Synodum venit, cum nonnullis ſuis Suffraganeis. Qam quidem Synodum Archipræſul hic, tanquam ſupremus vniuerſæ Ruſsiæ Metropolitanus, & Sedis Apoſtolicæ delegatus,indixerat; ad eam ipſe quoq; cũ BERNARDO Macieiouio Lucceorienſi, & STANISLAO Gomolinio Chelmenſi Epiſcopis, & cum ſecularibus Regni Proceribus à Rege deputatis, ac alijs viris vndecũq; doctiſsimis adiũctis, profectus, negotium vnionis diu deſideratum, feliciter confecit, & Ruthenos Antiſtites, cum Latina Eccleſia optata ſocietate deuinxit, Anno 1596. Ceterum Anno ſubſequenti 1597. die 2. Auguſti, circa horam 21 eo Kakolnicijs degente, tumultus inſolens Leopoli per milites excitatus, contra clerum & ſcholam

inualuerat. Stetit tum in armis, in defenſionem cleri, & ſcholæ vniuerſa ciuitas, ad pulſum câpanę prętorianę excita, & ad magnas, anguſtias redacti erant milites, nimbus, qui ſub veſperam magno impetu, repēte deciderat tumultum ſedauit. Res ea propè in miraculum verſa. Et merito. Nam alias dubio procul, illi diei litatum fuiſſet multo ſanguine. ſiquidem ſeditionem illam humanæ rationes, & perſuaſiones amplius reprimere non poterant, furore arma miniſtrante. Poſtridie (erat is Dominicus dies) per Vicarium Generalem ALBERTVM Perlicium, templa interdicta omnia, intra & extra mœnia, clauſa ciuitate, ſilebant ſacra, fuitquè illis diebus, triſtiſsima ciuitatis facies, quamuis per quinq; dies tantum Interdictum durauerit. Ingemuit ad tantum caſum optimus Antiſtes, & ciuitati afflictæ ſubuenire ſtuduit. Sed milite numeroſo fremente, & villis, ſuburbijs, ac ipſi ciuitati exitium minitante, ſtetit concordia, ære ciuium comparata. In omnes partes Archipræſul hic, egit Paſtorem vigilantiſsimum, ad omnes Eccleſiæ neceſſitates, & ad omnia pericula patriæ intentus. Pietati & deuotioni, ita erat addictus, vt totis diebus, non ſolum feſtis, ſed etiam profeſtis, maxime ſi terror hoſtilis incumbebat, cum vniuer-

ſo clero

Digitized by Google

ſo clero & populo, in templo a prima luce (imò ſæpe præueniebat lucem) vſque ad veſperam, in oratione perſeueraret. Pauperibus, pupillis, orphanis, viduis, patronum ſe præbebat beneficentiſsimũ, etiamſi ipſi deeſſet, egenis quod daret non deerat. Cum aliquãdo pauper ab eo peteret eleemoſynã, iuſsit famulo, vt daret, quo dicente nullam ſe habere pecuniam, ille pannum quo mẽſa tegebatur dedit mendico, illud ſubijciens: fallitur ſeruitor, quaſi Archiepiſcopus non habeat quod pauperi det. Solebat dicere, eleemoſynam opes non minuere, ieiunium vires non frangere, Miſſã opus non tardere. Et cum in õnes egenos tum maxime in ſcholares, pauperes erat propenſus, ideo ex templo ad ſcholam Metropolitanam (quæ tunc ſola & vnica fuit) frequenter deſcendebat, ſcholares quid diſcerent, quantum proficerent interrogabat, ſtylum eorum reuidebat, ipſorumque Magiſtrorum lectiones audiebat, & hos ſæpe ſine nuncio præuenire ſolitus fuerat, quo cautiores, & paratiores in officio obeundo redderet, ad eorumque actus publicos veniebat libenter, nec niſi pauperibus ſcholaribus muneratis, & Magiſtris officij paterne commonitis ſchola excedebat. Hoſpitalitati plurimum ſtudebat. Die Natalis Domini, Paſchæ, Pentecoſtes, & a-

lijs fe-

lijs feſtiuitatibus, eam fere conſuetudinem ſeruabat. Primo die cum Canonicis, & alijs ſacerdotibus, atque ſcholę præfectis, & amicioribus quibuſque conuiuabatur, ſecundo cum Magiſtratu ciuili, & ciuibus ſelectioribus, tertio cum Nobilibus, & alijs hoſpitibus, ſi qui tunc aderant clariores in ciuitate, alias nihil habebat iucundius, & vſitatius, quã cum viris eruditis conuerſari. Narrabat & ipſe multa quæ viderat, audierat, legerat, multa ex Theologis Hiſtoricis, Oratoribus, ſed ex Poëtis plurima proferebat, multasq; decades carminũ, ex varijs Poëtis promptiſsimè recitantem ſæpe audiebamus. Et vt erat memoria feliciſsima, ac rerum variarum vſum & experientiam habebat, nunquam illi deerat noua & erudita colloquendi occaſio. Anno Domini 1589. Tartari Podoliam & Ruſsiam magnis incommodis affecerant, tractumquè Kozłouienſem menſæ Archiepiſcopalis vaſtauerant, ipſe nihilominus Eccleſiæ non defuit. Nam certas ſortes in Ciemierzynce, Plenikow, & Wiśniowczyk coemit, villam Stryanice, partim ſua, partim collectanea pecunia, emptam Eccleſiæ adiecit, Dunaiouiæ templum muratum à fundamentis erexit, et in arce domum lapideam egregiam extruxit. In delinquentes paterne animad-

uertebat

uertebat, infirmis ſaluberrimis conſilijs & remedijs ſubueniebat, mæſtos, & aflictos, à triſtitia, quæ prauam melancoliam generat, auocabat, dicebatque, melancoliam eſſe balneum Diaboli. In controuerſijs componendis,tantæ erat dexteritatis & integritatis, vt multi mallent eius potius arbitrio ſtare, quam iure experiri. Nec vero minorem curam Reipub. egit. In Comitijs tam particularibus quam Generalibus, quod conſcientia & bonum publicum dictabant, nemini obnoxius, ſana & libera dabat conſilia, quem nec difficultas vlla arcere poterat, à conſilijs publicis, nec languor impedire. Quod cum alias ſæpe, tum in Comitijs Cracouienſibus Generalibus, quæ illi vltima fuere, declarauit. Vbi graui infirmitate debilitatus, cum à Principe ipſo, & Collegis moneretur, quieſceret, & valetudini conſuleret, non prius quieuit, quam greſſum morbus ademit. Iam vero de periculis, à Turcis, Tartaris, Valachis, & alijs hoſtibus, tempeſtiue ſollicitè, ac fideliter Regem & Proceres admonebat. Propterea cum omnibus, tum ipſi Principi charus fuit, à quo primum Abbatia Wachocenſi auctus eſt, qua nepoti Hieroymo Archidiacono Leopolienſi reſignata, Siećiechouienſem deinceps accepit. Itaque multis & varijs, magniſquè

pro Eccleſia Dei, & regno perfunctus laboribus, die 27. Ian. Anno Domini 1603. hydrope, intra Miſſæ ſacrificium, extinctus eſt, magno ciuitatis, & Ruſsiæ vniuerſæ, ac bonorum omnium mœrore: funere id declaratum, quod certatim frequentiſsimo hominum concurſu celebratum eſt: ita vt omnium humeris elatus videretur. Sepultus eſt die 8. Iul. Hieronymo Abbate Wachocenſi, ex fratre nepote, Miſſam funebrem celebrante.

In cuius monumento marmoreo, tale legitur encomium.

IOANNES DEMETRIVS SOLIKOwſki, à Solki Archiepiſcopus Leopolienſis, pietate, Religione, ſanctitate, viris Apoſtolicis par, in Eccleſia paſtor zeloſiſsimus, laborioſiſsimus, fideliſsimus, in Republica, Senator prudentiſsimus, integerrimus, fortiſsimus. Ingenij & literarum elegantia cultiſsimus, in ſumma comitate grauiſsimus. In pauperes effuſiſsimus, in omnes humaniſsimus, ſub Rege SIGISMVNDO Auguſto iuuentam exercuit, HENRICO fuit chariſsimus, à STEPHANO Archiepiſcopus factus, apud SIGISMVNDVM III. auctoritate polluit. Eo Præſule, Epiſcopi Rutheni, ad obedientiam

Eccleſiæ

Eccleſiæ Romanæ redierunt. Hæreſes innumeræ, labore eius extirpatæ ſunt, templa multa de nouo erecta, plurima reconciliata, legationes pro Republica XXIV. obijt, Liuoniam reformauit, mortuus Anno Chriſti 1603. die 27. Iunij. ætatis 64. Sedit Annos 20. Memoria eius in benedictione.

IOANNES ZAMOSCIVS.

IOANNES ZAMOSCIVS, Epiſcopus Philippenſis, Suffraganeus & Abbas Plocenſis, antiqua Grimaliorum gente, IOANNI DEMETRIO Solikouio ſuffectus, Roma tranſlatione accepta Anno 1605. die 16 Menſis Mart. ſuam Metropolim acceſſit. Tardius propter funus IOANNIS Tarnouij Archiepiſcopi Gneſnenſis, qui Anno ſuperiori obierat, huius ille ſepulturã tãquam amicus, & primus executor, prius curauit: tum propter Comitia Regni, quæ in id tempus inciderant: quibus pro munere Senatorio adeſſe debuit. Ingreſſus eius fuit modeſtus, ſuo enim famulitio comitatus, ad Rzeſnenſe prædi-

um, ex itinere diuertit. Vnde die tertio Leopolim veniens, à clero numeroſiſsimo & à populo occurrente, in ciuitatem, & in Eccleſiam honorificè deductus eſt. Eo die nullum conuiuium exhibuit: verum ſubſequẽtibus diebus Canonicos, & alios ſacerdotes ac religioſos, Conſules, ciues, & varios hoſpites, liberaliſsimè tractauit. Prudentia erat ſingulari, quam partim liberali inſtitutione, in Academia Cracouienſi, cui propterea nimium fuit addictus, partim lectione bonorum ſcriptorum, tum vero vſu & experientia comparauerat. Proinde rerum euentus, longe ante proſpiciebat, & ſolertiſsimè præcauebat. Hanc aulicus Regi Stephano probauerat, eum proinde ad GREGORIVM XIII. Pontificem Maximum, initio regni ſui legatum deſtinauit. In Vrbe Pontificis mentem cauſſæ ſuæ aduerſam principio cognouit, & multorum Cardinalium, quia Pontifex in partes MAXIMILIANI II. Regis STEPHANI æmuli, magis propendere videbatur. Interim dum Romæ agit, MAXIMILIANVS Imperator è vita exceſsit. quare mutatis in contrarium omnium animis, negotium Regis ſui ex ſententia confecit. Paulo poſt ab eodem Rege, Romam mittitur, euocatum viros doctos, qui in Academia Cracouienſi literas humaniores docerent.

rent.

rent. Præ cæteris poſtulabatur M. ANTONIVS Muretus vir illa ætate politiſsimus, quem Pontifex auctum maiori ſalario Romæ detinuit, quemadmodum eiuſdem Mureti literæ ad IOANNEM Sarium Zamoſcium teſtantur. Sed omnium difficillima illa fuit legatio, quam ad AMVRATEM Turcarum Imperatorem, Regno Poloniæ infenſum ac prope imminentem, SIGISMVNDI III. Regis moderni nomine Anno 1589. ſuſceperat. Has pacis conditiones Tyrannus proponebat. Rex cum regno ſuo, vt Machometanam religionem ſuſcipiat, vel tributum annuum pendat, vel arma paret. In tanta difficultate, ita res moderatus eſt, ita negotium tranſegit, vt pax longo poſt tempore conſiſteret. Principium Archiepiſcopatus eius inciderat, in illum periculoſiſsimum Regni tumultum, qui dictus Rokoſz, qua in perturbatione partes Regias, prudentia & liberalitate multũ adiuuit. Poſt DEVM, & religionem, patria nihil habuit carius: cui quantum potuit, in omnibus caſibus ſuccurrebat, & quamlibet eius calamitatem, copioſis lacrymis perfundere ſolitus fuerat. Multum cruciabat animum eius Confederatorum audacia, quando Anno 1612. ex Moſchouia, tanquam locuſtæ erumpentes, vniuerſum regnum compleuerant.

 rant.

rant. Eccleſiaſticis, Regi, & Regis capitaneis bona ademerant, opidanos, agreſtes, ſine vllo diſcrimine, inſolitis exactionibus premebant. Itaque dies & noctes cogitabat, atque cum alijs Proceribus conſultabat, de modo tollendæ, tam peſtiferæ factionis, quin etiam Primores Confæderatorum ſæpius ad menſam ſuam vocabat, facinoriſquè atrocitatem illis ob oculos ponebat, cum lacrymis obteſtando, patriæ ſaltem miſereſcerent: atque ſic cum ea procederent durante confæderatione, qualē ipſi experiri cuperent, hac ſoluta. Æquè boni præſulis, atque prudentis Senatoris munia obibat. Veritatem cuius cultor ſummus fuit, publice & priuatim loquebatur intrepide, & ſcribebat dexterrimè, malebatq; in offenſiones quantumuis graues incurrere, quàm prodere, vel deſerere veritatem. Et quoniam vir erat rectus & ſyncerus, quoties in publico dicendum erat, à lacrymis temperare non poterat, quia ex intimo corde verba promebat. Quamuis autem varijs curis & negotijs Eccleſiæ, Reipublicæ, & amicorum diſtineretur, nunquam tamen à lectione bonorum ſcriptorum ſtudium remittebat: multaque ex multis hauſerat, ſed ex Seneca plurima firma memoria tenebat, quem cum ſibi familiarem, dum apud Turcam legati-

one

Digitized by Google

one fungeretur, feciſſet, in eo reuoluendo vſque ad vltimam ægritudinem, perſeuerauit: cuius dictis & ſententijs, colloquia, decreta, epiſtolas, venuſtiſsime & aptiſsime condire ſolitus fuerat. Viros eruditos amabat, atque beneficijs ornare ſtudebat, illud ſæpius repetens, ſe optare, vt non niſi docti in Capitulum cooptarentur. Canonicos, atque adeò vniuerſum clerum, benigne habuit, pro quo etiam contributionem ſoluit, laudatam pro exoluendo ſtipendio confæderato militi. Archidiaconi reditus auxit, Præpoſitura Buſcenſi à Rege in dotem impetrata. Ad iracundiam licet pronior eſſet, tamen quàm facile excandeſcebat, tam promptè calorem remittebat. Non enim animi vitio, ſed complexionis propenſione, facile accēdebatur. Liberalitate erat laudabili, illud dictũ in colloquijs familiaribus crebro vſurpans, ſe vbi non opus ſit, groſſos ſex ægerrime expendere, vt vbi opus ſit, millia poſſet dare. Quod re ipſa declarauit. Nam expeditionem Moſchouiticam, tredecim millib⁹ pecuniæ Polonicæ adiuuit. pro redimendis captiuis, qui cum Stephano Potocio in ſeruitutem inciderant, mille aureos dedit. Multos ære alieno preſſos, ſubleuauit: multis non habentibus vnde redderent, donauit. Magnates, quorum illo tempore Ruſsia fe-

rax erat, quoties Leopolim veniebant, liberaliter tractabat. Proindè apud omnes magnũ ſibi amorem comparauerat. Nec vero minorem Eccleſiarum & Religioſorum curam egit, chorum templi Cathedralis partim propria, partim collectanea pecunia cupro contexit, magna cura & ſolicitudine, & pro tegendo corpore, ſex millia florenorum teſtamento, quod ante mortem, memor mortalitatis condiderat, reliquit. Pro calice aureo, trecentos aureos legauit, qui per Executores comparatus eſt, cum ampullis duabus. Paſtorale miro artificio elaboratum, interllucentibus gemmulis, eidem Eccleſiæ donauit. Sex cãdelabra argentea grandia, cum cruce argentea maiori Altari applicuit. Viginti tapetia magna elegantiſsima, in Turcia data opera facta, & pannum rubeum latum acu artificioſè pictum, inſignibus decoratum, ad ornamentum Eccleſiæ contulit. Canonicorum reditus, quotidianis diſtributionibus auxit, quadringentis florenis pro his, & ducentis pro Anniuerſario obitus ſui die, aſsignatis. Sacellum ſpecioſum pro ſepultura ſua conſtruxit, & illud dotauit ſex ſacerdotibus fundatis, qui per vices, in eodem ſacello, ſacris operarentur, & chorum ſcholæ feſtiuis diebus cantu iuuarent, cuique ſacerdoti commodam habi-

tationem

tationem prouidit, & ſalarij annui centum florenos vnicuique addixit. Apparatus quibus ipſe vtebatur, duo item candelabra argentea, atque adeo omne argentum vſui Altaris deſeruiens, eidem ſacello aſcripſit. Vicarijs Eccleſiæ ſuæ Metropolitanæ quinquaginta, Manſionarijs quadraginta, Rectori Scholæ triginta, Cantori decem, Dominicanis Conuentus Sacratiſsimi CORPORIS CHRISTI quinquaginta, ijſdem pro ſtudio ad ſanctã Mariam Magdalenã viginti, Franciſcanis qnquaginta, Bernardinis quinquaginta, Monialibus S. Claræ centũ florenos, quotannis perpetuo tẽpore dandos cõſignauit. Patrib⁹ Societatis IESV, dum primũ lapidẽ templi ponerent mille florenos dedit. quingentos verò permutationi domus Præpoſiti addidit. Et hi primum eius tempore ſcholas ſuas aperuerunt, in quibus docere cæperunt Anno 1608. iuxta pacta conuenta, cum Venerabili Capitulo, & ſpectabili Magiſtratu Ciuitatis, cõfecto ſuper eo negocio authẽtico tranſactionis inſtrumento. Carmelitis Diſcalceatis, qui ſub ipſius Archiepiſcopatu domicilium Leopoli poſuerunt, in prima fundatione florenos quingentos contulit, & horto, quem ſeptingentis florenis pro ſe emerat, ceſsit. Monaſterium Monialium Sancti BENEDICTI muro

circumdedit, expenſis in eam rem tribus millibus & quingentis flor. Præterea mille ſexcentos viuens dedit, teſtamento vero quinque millia & viginti tapetes illis legauit. Nec minores Eccleſias Sanctæ ANNÆ, Sancti LAVRENTII, Sancti ADALBERTI neglexit, ſingulis annuatim triginta florenis ſingillatim conſignatis. Reſpexit & ad Hoſpitalia pauperum, Sancti SPIRITVS Hoſpitali quinquaginta, Sancti STANISLAI quadraginta, Præpoſito eiuſdem Eccleſiæ decem, florenos, quouis anno dandos ordinauit. Abbatiæ autē Plocenſi, ex qua ad Archiepiſcopatum aſſumptus fuerat, florenos mille, crucem argenteam, quę illi vti Archiepiſcopo præferebatur, calicem, & bibliothecam applicuit. Collegijs Academiæ Cracouienſis, Maiori, Minori, ac contubernio Hieruſalem quinque millia florenorum aſsignauit. & pro ſex ſtudioſis, qui in eadem Academia literis operam darent, certum cenſum adſcripſit. Conſanguineos in multis ſæpe iuuit viuēs. teſtamēto vero Staniſlao fratri Succamerario Lomzenſi triginta tria millia florenorum addixit Filijs aut Thomæ Iudicis Zembrouienſis quinque villas, cum opido Porelce attribuit. Eccleſiæ tamen ſemper primam & præcipuam rationem habuit, cuius bona ſarta

tecta

tecta tenebat, limites diligenter cuſtodiebat, magnamquè partem bonorum Kozłouienſium, quæ à ſexaginta vltra annis, in poſſeſsionem vicinorum venerant, dextre vindicauit, terminoſquè longe & late protulit, atque fixit, magno ſumptu & labore. Illud ſingulare, quod nullus vnquam hoſtis externus, eo viuente bona Archiepiſcopalia afflixit. Multa dixit & geſsit præclare, multos labores, multas curas & ſolicitudines, multa pericula, pro Eccleſia & pro patria ſuſtinuit. Verum inter ceteras animi eius curas, cogitatio aſsidua, de confœderatione tollenda, grauiter valetudinē eius debilitauit. Et cum vltimis Quadrageſimæ diebus langueret, feſtiuitate Paſchali, nouis cibis læſo debili ſtomacho, in morbum incidit. ac 3. Aprilis, tertio ex quo ægrotare cæpit die, vehementi catarrho oppreſſus, diem clauſit extremum Anno 1614. Atque ſexta à morte die, in ſuo ſacello honorificam ſepulturam accepit.

In cuius monumento, tale extat inciſum Epitaphium.

IOANNES ZAMOISKI GRIMALIus, vir ad omnia ſumma natus, optimis artibus moribuſquè inſtructus, plurimis legationibus dexterrimme functus, de Regno Regibuſquè opti-

 mè meritus

mè meritus ex Abbatia Iłocenſi, quo ſe iam vitæ quietioris gratia abdiderat, in Archiepiſcopatum Leopolienſem penè extractus, Eccleſiæ huic decennio, glorioſe præfuit, cui permultis monimentis relictis, eximiæ ſuæ liberalitatis, exuit mortalitatem 3. Aprilis.
Anno ſalutis 1614. Ætatis
ſuæ 71. Dies extremus,
æterni natalis.

IOANNES ANDREAS PROCHNICIVS.

VAcante ſede, poſt obitum IOANNIS Zamoſcij, eodem Anno 1614. ad nominationem SIGISMVNDI III. Poloniæ, & Sueciæ Regis, ex Epiſcopatu Camenecenſi, ad Archiepiſcopatum Leopolienſem, PAVLI V. Pontificis Maximi auctoritate tranſlatus eſt, IOANNES ANDREAS PROCHNICIVS, ex illuſtri & peruetuſta, proſapia ab ipſis Ducibus

de By-

de Bybel oriundus, qui Anno ſequenti 1615. die 18 Maj, hora 16, cœlo ſereno, frequẽti cleri, Nobilitatis, & populi comitatu, Metropolim ſuam ingreſſus à IOANNE Baranouio Archidiacono nomine Capituli, eleganti oratione ſalutatus eſt. Vir vti nobilitate, ita vitæ integritate, morumq; elegantia, ac eruditione inſignis, atque de Eccleſia DEI, & Patria, iam inde à maioribus ſuis, optime meritus. Ex hac Familia fuit, ANDREAS Metropolitanus Kijouienſis, dum gens hæc ritum Græcorum ſequeretur, quo poſthabito, in Eccleſia Latina, NICOLAVS Prochnicius Epiſcopus Camenecenſis, refulſit, qui WLADISLAVM CASIMIRI III. Poloniæ Regis F. Regem à Bohemis electum, Pragam honorifice deduxit, ibidéque ritu ſolenni in Regem Bohemiæ coronauit, Anno Domini 1471. Et hunc ſecutus, in eodem Epiſcopatu Camenecenſi, IOANNES Prochnicius, vir incomparabilis, Anno 1412. Præter hos, multos quoque alios viros inſignes, & Senatorios, hæc produxit familia, quorum encomia referre non eſt huius loci. Ex ea gente memoratur vir egregius, & miles ſtrenuus, PETRVS Prochnicius, qui duce IOANNE Tenczynio, ad fluuium Sereti, contra Turcas, & Valachos, in Valachia pugnauit. Vbi, à mul-

Digitized by Google

titudine ſuperato, & diſsipato Polonorum exercitu, cum dux ipſe in aquis Sereti equum amiſiſſet, Prochnicius equum ſuum illi offerebat. Recuſauit Tęczynius, aſſerens egregium militem, ſibiq; genere & nobilitate parem, eo vitæ ſubſidio priuare nolle. Ad hęc Prochnicius, quandoquidē tu qui es ductor meus, & ego miles tu», equo meo vti non vis, & ego vita mea frui nolo: dimiſſo itaq; equo, ambo in manus hoſtiū venerūt. Quo facto hoſtes cognito, admirati virtutem, vtrūq; illæſum, collaudatū, atq; muneratū, in patriam dimiſerunt. Tā illuſtre genus IOANNES ANDREAS Prochnicius Archipræſul, vbique magnis decorabat virtutibus, cum alibi, tum apud Regem Catholicum PHILIPPVM III, vbi SIGISMVNDI III. Poloniæ & Sueciæ Regis nomine Internūcij munere fūctus eſt, toto octennio, cū ſumma gētis noſtræ laude, Hic dum agit, Epiſcopatu Camenecenſi, per prænominatum SIGISMVNDVM Poloniæ & Sueciæ Regem, ornatus, atque per PHILIPPVM. Spinellum S. R. E. Cardinalem conſecratus eſt, Neapoli Anno 1607. Ibidem degentem, Illuſtris Melitenſium ordo, virtutem & induſtriam complexus, ordinis ſui protectorem & defenſorem per totum Regnum Poloniæ, magnumq; Ducatum Lituaniæ conſtituit. Eius cōſtitutionis Bullam hic inſerere viſum eſt.

Bulla Protectionis
ORDINIS MELITENSIVM,
PRO
Illuſtriſſmo & Rdiſſmo Domino,

D. IOANNE AN-DREA PROCHNICIO
ARCHIEPISCOPO LEO-policñ, pro illo autem tẽpore
Epiſcopo Camenecenſi.

FRater ALOFIVS de Wignacourt, Dei Gratia Sacræ Domus Hoſpitalis, ſancti IOANNIS Hieroſolymitani Magiſter humilis, pauperumq; IESV CHRISTI Cuſtos, & Nos Conuentus Domus eiuſdem. Vniuerſis & ſingulis præſentes literas noſtras viſuris, lecturis & audituris, ſalutem in Domino, & proſperos ad vota ſucceſſus.

Conſueuit ordo noſter, in diuerſis orbis terrarũ partibꝰ, nõnullos habere protectores, eoſq; tãquã defenſores, & præcipuos fautores obſeruare, cole-

re &

re, & venerari, vt prælibati Ordinis Iura tueantur, protegant, & defendant. Qua de cauſa ſolent per literas ſuas ſpeciales, in Protectores eligere, aptare, & nominare, qui ſingulari beneuolentia intimoq; affectu ordinem ipſum proſequantur. Animaduertentes itaque, quàm ſolerti ſtudio, induſtria, atquè ſedulitate Illuſtriſsimus & Reuerendiſsimus in Chriſto Pater, & Dominus IOANNES ANDREAS Prochnicius, Camenecenſis Epiſcopus, Abbas Siećiechouienſis, Præpoſitus Cracouienſis, atq; Senator Regni Poloniæ, res noſtras procuret apud Sereniſsimum Regem Poloniæ, quo inſuper amore, ac pietate noſtri Ordinis ſtatum proſequatur; ſerie præſentium, inuicem, maturo, & deliberato conſilio, de noſtra certa ſcientia, omnibus melioribus via, Iure & forma, quibus melius, & validius facere poſsumus, & debemus, eundem Illuſtriſsimum ac Reuerendiſsimum D. IOANNEM ANDREAM Prochnicium Ordinis, ac Fratrum, ſubditorum, & vaſſalorum noſtrorum negociorum agendorum, ſtatuſquè eorundem Protectorem, & defenſorem apud prælibatam Sereniſsimam Maieſtatem Poloniæ Regis, ceteroſquè Illuſtriſsimos Principes, Senatores, & Regios Miniſtros Regni præfati, & præcipuè Prouinciæ

Podoliæ

Podoliæ, in quorum præfatis ſtatibus nonnullæ Præceptoriæ, & Commendæ, pro Religionis noſtræ beneficio, & euidenti vtilitate ſunt erigendæ, eligimus, creamus, facimus, & conſtituimus, citra tamen reuocationem aliorum noſtri Ordinis Protectorum, in diuerſis mundi partib⁹, conſtitutorum, vt multiplicatis interceſſoribus, negocia noſtra felicius votiuum ſortiantur effectum. Pręfatum itaque Illuſtriſsimum Dominum IOANNEM ANDREAM enixè rogamus, vt grato animo dicti Ordinis, protectionem & defenſionem, pro ſua erga nos humanitate, ſummaq; dilectione, ſuſcipere dignetur, ipſumque Ordinem, Fratres, ſubditos, & Vaſſallos, omni fauore, auctoritate, ſaluberrimoq; cōſilio iuuare, tam coram Sereniſsimo Poloniæ Rege, quam Illuſtriſſimis Principibus, Senatoribus, Regijſquè miniſtris Regni pręfati, & Prouinciæ Podoliæ, aut alibi, vbi eidem opportunum viſum fuerit, ac conducibile, honoremque, decus, atque commodum noſtrum, dictique Ordinis præcipuum habere, ne detrimentum, damnum, dedecuſuè ſuſcipiant. Monemus igitur Venerandos, Baiulinos Ordinis noſtri, & hortamur omnes, & ſingulos Priores, Oratores, & Procuratores, Fratres, & ſubditos noſtros, cuiuſcunq; conditionis, gra-

Q dus, &

dus, & qualitatis fuerint, eiſquè in virtute ſan-ctæ obedientiæ præcipiendo, mandamus, & in vim fidelitatis iniungimus, vt prælibatum Illuſtriſſimum ac Reuerendiſsimum Dominum IOANNEM ANDREAM Prochnicium, noſtri Ordinis Protectorem & Defenſorem, teneāt, colant, & venerentur, ad eius quoque protectionem fauorem, & patrocinium pro caſuum exigentia, in eorum neceſsitatibus confugiant, & recurrant. In cuius rei teſtimonium, Bulla noſtra communis plumbea, præſentibus eſt appenſa. Datum Melitæ in Conuentu noſtro, Die Vndecima Menſis Iulij. Millesimo Sexcenteſimo Septimo.

℞ta in Cancella.

Fr. Emmanuel Kebedius
Regs Cancellæ.

ILLVSTRISSIMVM DOMINVM,
ANTISTITEM,

D. IOANNEM ANDREAM
PROCHNICIVM.

1. *GABRIEL Cardinalis Paleottus, Secularem adhuc, Confirmauit Bononię. Anno* 1580.
2. *GEORGIVS Cardinalis Radźiwil, contulit ei primam Tonſuram, & omnes Sacros Minores & Maiores Ordines CRACOVIAE Anno.* 1592.
3. *PHILIPPVS Cardinalis Spinellus, in Epiſcopum Conſecrauit Camenecenſem, NEAPOLI.* 1607.

E Odem Anno, quo in Epiſcopum Camenecenſem conſecratus eſt, nempè 1607. ex Italia in Poloniam rediijt. quo tempore Regnum Poloniæ magnis tumultibus agitabatur. Ad ſponſam itaquè ſuam Eccleſiam Camenecenſem veniens, nihil prius habuit, quam eandem ornatiorem & ordinatiorem reddere. Et quamuis paucis annis Eccleſiæ illi præfuiſſet, multis nihilominus & precioſis apparamentis, eandem inſtruxit, & mitra inſigni, atq; Paſtorali affabrefacto illuſtrauit. Patres Societatis IESV, primus in illam ciuitatem introduxit, & cum alijs munificentiæ monimentis, tum bibliotheca inſigni cumulauit. Archiepiſcopus Leopolienſis factus, ſtatim poſt ingreſſum, Presbyterium & Sacrarium reformauit, mox Archiepiſcopalem curiam aptiſsimè & venuſtiſsime accommodauit. Hinc ad alia progreſſus, Suffraganeam dignitatem, primus in ſuam Metropolim induxit, ac primus in Epiſcopum Nicopolienſem, & Suffraganeum Leopolienſem, electus eſt, THOMAS Pyrauius I. V. Doctor, Decanus, & Vicarius Generalis in Spiritualibus Leopolienſis. atque per ipſum Illuſtriſsimũ Dominum Archiepiſcopum conſecratus eſt, aſsiſtentibus illi STANISLAO Sieciènio Epiſcopo Præmiſlienſi, & STANISLAO Vdri-

cio Epiſcopo Arginenſi, Suffraganeo Luceorienſi, Leopoli die 27. Maij Anno Dñi 1618.

Anno verò 1620. Dignitatem Cuſtodis ſopitam (quæ poſt tranſlationem Metropolis Halicia, prima dignitas in Eccleſia Leopolienſi fuit) excitauit & fundauit, ducentis florenis in dotem impenſis, primuſquè hac dignitate ornatus eſt LVCAS Kalinius Canonicus, Vir eximius, & de Eccleſia atquè Capitulo optime meritus. Dum verò bonus Antiſtes, numerum Canonicorum augere, & alia, in bonum Eccleſiæ, & Capituli meditatur, Tartari eius præclaras cogitationes, & intentiones præpediuere. Qui Anno memorato 1618. die 14 Maj, Ruſsiam ingreſsi, inter plurima, quæ dederunt damna, tractum quoque Kakolnicenſem, menſæ Archiepiſcopalis præcipuum ſubſidium, depopulati, multa centena ſubditorum, in captiuitatem duxerũt. Deinde Anno 1620. die 6 Octobr. cæſo & diſsipato, in Valachia noſtrorum exercitu, STANISLAO Zołkieuio Cancellario Regni, & ſupremo exercituum duce occiſo, primarijs vel cæſis, vel aquis demerſis, vel captis: Kantimir vnus ex ſatrapis Tartarorum (quos illi Murſas vocant) victoria exultans, numeroſisimo exercitu, in Ruſsiam incurrens, totam illam oram, quæ eſt

à Tyra

a Tyra, Leopolim ſupra, longè lateque perua-
gat°, omnia ferro flammaq; poſt ſe deformata re-
linquens, innumerabilem multitudinem hominũ,
vtriuſq; ſexus, omnis ætatis, & conditionis in miſ-
ſerrimam ſeruitutem abegit. Tum bona Archie-
piſcopæ Leopolienſis, Capituli, & Eccleſiarum,
quæ primus furor ſaluauerat, penè omnia in fa-
uillam abierunt. Die autem 15. eiuſdem menſis, fe-
ſto Sanctæ HEDVIGIS, hoſtis hic, Leopoli
non priùs cognitus, quam ignis mænia ciuitatis
circumfulſit: quo die Archipræſul ante veſpe-
rum, tanti periculi ignarus, Stanιczanos prædium
ciuitati vicinũ rediens (inde enim eo die mane
Leopolim venerat) inter ipſa plane flammarum
incendia, ſingulari DEI beneficio ſeruatus, Gro-
decum intempeſta nocte mirabiliter euaſit. Et
hic quaſi primus malorum gradus, Anno e-
nim ſequenti 1621. OSMANVS potentiſsimus
Turcarum Imperator iuuenis audaciſsimus, &
belligerandi cupidus, contra Polonos bello ſu-
ſcepto, validiſsimis Turcarum, & Tartarorum
copijs inſtructus, in ſua perſona, in Valachiam
venit, & ad Chocimum caſtris noſtris, ſua ca-
ſtra oppoſuit. Hoc Anno primum generalis ex-
peditio nobilitatis, contra Turcas decreto co-
mitiorum ſancita. Dux belli electus IOAN-

NES CAROLVS Chotkieuicius, vir multis victorijs clarus, qui 24. Apr. Leopolim venit, 5. vero Iun. ad caſtra diſceſsit. Hunc ſubſecutus, WLADISLAVS Princeps, primogenitus Regis filius, Polonorum & Germanorum egregio ſtipatus milite, vltima Iulij, cælo pluuio Leopolim ingreſſus eſt. Poſtridiè, prima Aug. Dominico, & eo anniuerſario Dedicationis Eccleſiæ Metropolitanæ die, in templum venit, quē IOSEPHVS Przeczkouius Præpoſitus, cleri nomine, ornata excepit oratione. Leopoli duabus ſeptimanis commoratus, 14 Auguſti ad caſtra proceſsit. Atque dum noſtri pro caſtris, cum Turcis decertant, Tartari abundantes multitudine, magnis copijs in Ruſsiam effuſi, 12 Septembris circa horam 21. ad ipſos penè Leopolienſes muros accurrunt, igni ferroquè, obuia quæquè vaſtantes, eo maiora damna dederunt, quo longius nemine reſiſtente progreſsi ſunt. Dum hæc ita fiunt, Rex vt afflictæ Ruſsiæ, & ad Chocimū pugnantibus ſubueniret, 12. Octobr. hora 1. noctis, cœlo ſereno Leopolim venit. Die ſequēti, templum Metropolitanum ingreſſus, luculenta oratione à LVCA Kalinio Cuſtode, eſt ſalutatus. Gratiſsimus hic fuit Regis aduentus ci-

uibus

uibus, & omnibus Ruſsiæ incolis, in tanta rerum perturbatione, & quia primus. Sed iam pax, cũ Turca, vltrò citroquè datis & acceptatis conditionibus 10. 8bris ſteterat. Proinde Rex, duodecimo die, ex quo Leopolim venerat, Varſauiã iter vertit. Poſt cuiꝰ diſceſſũ, miles caſtris egreſſꝰ, confæderationem, ob non ſolutum ſtipendium, excitauit, & res attritas Ruſsiæ grauius afflixit. Sic miſera Ruſsia, eo anno triplici calamitate preſſa eſt; depopulatione Tartarica, concurſũ nobilitatis, & confæderatione militari. Non defuit hic, Archipræſulis ſtudium & vigilantia, qui cum alijs ampliſsimis viris, ad id deputatis adnixus, hinc inde quamocius collecta pecunia, effecit, vt militi ſatisfieret, hinc confæderatio breui ſoluta eſt: quo nomine 5 Aug. Anno 1622. in templo Cathedrali DEO gratiæ actæ ſunt. Dum ſic terra turbatur, cœlo gratiſsima mundo conſolatio affulſit. GREGORIVS enim XV. Pontifex Maximus, qui PAVLO V. ad feliciorem vitam tranſlato, ſucceſſerat, Anno dicto 1622. die 12. Mart. quatuor viros ſanctitate inſignes, ISIDORVM, IGNATIVM Loiolam, Societatis IESV fundatorẽ, FRANCISCVM Xauerium eius ſocium, PHILIPPVM Nereum, Ordinis Oratorij in vrbe auctorem, &

quin

quintam Beatam TERESIAM Ordinis Carmelitarum Diſcalceatorum reformatricem, in numerum Sanctorum retulit. Itaque ob Canonizationem Sanctorum IGNATII & FRANCISCI 19 Iunij ob Canonizationem autem Beatæ TERESIAE 24. Iulij Leopoli ſolenni ritu, & magnificio apparatu, magno populi concurſu, & ingenti lætitia triumphatum eſt. Sub id tempus, prodigia relatu non indigna acciderunt, tanquam præſagia quædam, futurorum malorum. Anno Domini 1614. proximis à nominatione Archipræſulis diebus, in bonis Kakolnicenſibus Archiepiſcopatus Leopolienſis, fons perennis, & aquis copioſus, in villa Bybel (ſimili cognomine origini Antiſtitis) ex aluco intumeſcens, retrorſum in ſublime orientem verſus, ſex horis fluxit: cum alias ad meridiem, per decliue laberetur, fundumque totum Kakolnicenſem irrigaret, ac plures piſcinas, atque molas aquis impleret, viderunt hoc incolæ, & admirati ſunt, viderunt & alij multi. Eodem Anno Menſe 9bri Stawczanis prædio Archiepiſcopali, luſcinia, concentum ſuum, tempore non ſuo, edidit. Iam vero eo in ſede Archiepiſcopali conſtituto, Anno 1616. 1. Iulij, quæ erat vigilia Viſitationis Beatæ MARIAE Virginis, ramus corni decorticatus, ad

Eccle-

Eccleſiā Cathedralē, dū officiū Matutinū ad veſperā, more hui⁹ Eccleſiæ, cātaretur allatus, Canonico qui tū officiū diuinū peragebat oblatus eſt, intra cui⁹ nodos, in quadro ſcriptū erat Vę, Vę, iteratis vicib⁹, in eius autē medio charta fixa, ſcriptura calamitates imminētes, & cauſſas earū exprimebat. auctor inuēti & ſcripti huius, nuſquā cōparuit, nec ſciri potuit, nec inueniri, quāuis diligēter requiſitus fuerit: ipſum autē Vę vſq; in diē hodiernū cōtinuatur. Deinde Anno 1619. circa finē Nouēbr: cometes apparuit, aſpectu horribili, ab ortu occidētē ſpectās & iā in Auſtrū, iā in Aquilonē comā obuertēs, præſentia, & ingruētia mala minitari viſus eſt. Prætereà, Anno 1620. 8. Nouēbr: quæ fuit octaua Omniū Sanctorū, & dies Dominic⁹, circa horā 21. Leopoli tā in ciuitate, quā extra ciuitatē, certis locis, terræ motus factus eſt terribilis. Adhæc, Anno eodē 9. Decēbr. in vicino rure, inuentū eſt petroſelinū, in cuius radice literæ nō ſcriptæ, nec ſculptæ, nec factæ, ſed congenitæ tali forma C I C E R apparebāt: in cui⁹ portēti explanatione multa laborarūt ingenia. Sed de his hacten⁹. Venio ad alia, quæ in tāta rerū difficultate Antiſtes hic pro bono Eccleſiæ fecit. Vicariorū Eccleſiæ ſuæ Metropolitanæ, & quatuor Eccleſijs ſuburbanis S. Crucis nimirū, B. Annæ, S. Stani-

R ſlai, &

ſtai, & B. Laurentij prouētib⁹, vt ſubueniret, ſūma mille florenorū in cenſū collata, Offertoria, quæ in illis Eccleſijs Vicarij ſemper percipiebāt, redemit; & Eccleſijs ipſis, attribuit. Fōtē quoq; Baptiſmalē in ijſdē Eccleſijs ſuburbanis inſtituere cogitantē, tēporū iniquitas intentū perficere nō ſiuit. Nihilomin⁹ Hoſpitali S. Lazari, ex loco, qui Kalicza Gora dicitur, in plateā Sokolnicki moſt vulgo nūcupatā, tanquā ad ſedē cōmodiorē tranſlato, certos fundos pro ædificio, & habitatione pauperū ægrotorū, propria pecunia cōparauit, & aquæ ductu atque cēſu annuo triginta florenorū auxit. Sed & in eo multū fauit illi diuina benignitas. Nam dū de augēdo Canonicorū numero maximè cogitaret, ecce vir nobilis Petrus Mileuſki, vnicū filiū, eumq; cognominē ſuū Petrū, noua fundatione adauctū, Collegio Canonicorū aſſociandū dedit. Cuius exēplum, vir Generoſ⁹ & Magnific⁹ Ordinis Senatorij, in filio itidē ſuo, ſequi decreuit. Ego vero, Illuſtriſſimo Domino ARCHIPRAESVLI Patrono meo optimo, atq; patriæ chariſsimæ, feliciora tēpora, & fauſta omnia cōprecatus, dictionis huius curſū, hic ſiſto. Res enim aliæ ampliorē tractatū poſcūt, quā vt hic anguſte memorētur. Reſtat, vt cuiuſcūq; ARCHIEPISCOPI inſignia deſignētur, & vita cōpēdioſo carmine cōnotetur.

CRI-

I.

CRISTINVS.



METROPOLIM Halicia poſuit CHRISTINVS in vrbe,
Ad rapidas Neſtri, prætereuntis aquas.
Hunc commendabat Virtus, doctrina, genuſque.
Non alius tantam, condere rem potuit.

Aſſumptus Anno Domini 1361. Prout Dlugoſſus & Cromerus prodiderunt.

Digitized by Google

I I.

ANTONIVS.



QVod genus ANTONI fuerit tibi, quę patria, aut gens,
Miſit in incertum hæc, inuidioſa dies.
At virtutis opes, pro Regno fortia facta,
Pectuſque inuictum, tempus in omne ſonant.

Vixit in Anno Domini 1375.

MAT-

Digitized by Google

III.
MATTHIAS ELECTVS LEMBVRGENSIS.



IMpetus hoſtilis, ſuaſit transferre Cathedram
Lemburgam Halicia, ſed mage complacuit,
Antiquam ſedem retinere augere boniſque,
LADISLAE, ô Dux, relligioſe tibi.

Vixit in Anno Domini, 1377.

Digitized by Google

IIII.

BERNARDVS.



SVmit BERNARDVS, prognatus ſtirpe vetuſta
Kozlorogorum, Pontificale pedum.
Et quæ Romano, longum paſtore carebat,
Hoſtis ob incurſus, excipit Halictam.

Aſſumptus circa Annum Domini 1380.
Mortuus Anno 1391.

IACO

V.
IACOBVS.



SAcrorum tibi cura ingens, nec non, patriæ rem,
Præſenti auxilio, conſilioque leuas.
Audes quin etiam, hoſtiles arcere phalanges,
Qua potis eſt, patriam, mens generoſa iuuat.

Aſſumptus Anno 1392. mortuus 1411. Leop. apud Fratres Minores Conuentuales, in templo Sanctæ Crucis ſepulturam accepit.

NICO-

Digitized by Google

V I.

NICOLAVS TRAMBA.



NICOLEOS, Regni Procancellarius, æqui
Ac iuſti vindex, Haliciam petiit.
Altius it virtus. Anno transfertur eodem
Gneſnam, maturo Principis arbitrio.

Aſſumptus Anno 1411. eodem Anno Gneſnam tranſlatus.

De-

Digitized by Google

De hoc CLEMENS IANITIVS, Poeta Laureatus.

HVnc fieri Papám, voluit Conſtantia, rari,

Munifici, placidi, mota fauore viri.

Metropoles vno ille duas, accepit in anno,

Dignus fortunæ, proſperitate ſuæ.

Mortuus Anno 1422. Gneſnæ ſepultus.

VII. IOANNES RZESSO-VIUS.



Metropolis ſedem, primus Rzeſsouius almam,
Lemburgam tandem, tranſtulit Halicia.
Contulit atq; nouæ, multa ornamenta Cathedræ,
Sic inconcuſſum ſtat pietatis opus.

Tranſtulit ſedem Halicia Leopolim, Anno Dñi 1414. mortuus Rzeſſouiæ in domo paterna, Anno 1435. apud Fratres Benedictinos, ad S. Crucem, in monte caluo tumulatus.

Digitized by Google

VIII.
IOANNES ODRO-WAZ.



QVis tibi, nate loco illuſtri, mentem, abſtulit error?
Cur Fratres, præter iuſque decuſque grauas?
Stemmata nil faciunt, pulſa virtute Priorum.
Diis etiam genitos, crimina dedecorant.

Aſſumptus Anno 1436. mortuus 1450, Leopoli ſepultus.

IX.

GREGORIVS SANO-CEVS.



Hic fuit ad Varnam, dum VLADISLAE gerebas
Infelix bellum, Marte togaque bonus.
Auxit Metropolis reditus, mors plura agitantem
Occupat; heu doctos, fallit & illa viros.

Aſſumptus Anno 1451. mortuus 1479. Leopoli ſepultus.

Digitized by Google

X.

IOANNES DŁVGOSSVS ELECTVS.



DŁVGOSSVM, inuida fata ſenem rapuere, priuſquam
Texiſſet ſacrum, mitra decora caput.
Res Polonorum geſtas, Regumque ſuorum
Fæcundo, in lucem, protulit ingenio.

Mortuus Cracouiæ Anno Domini 1480. 29 Maj, in Rupella Caſimiriæ ſepultus.

XI.
IOANNES STRZE-LECIUS WATROBKA.



Vidit & infauſtæ, noſtris certamina Varnæ,
Et captiuatus, Turcica vincla tulit.
Euaſit tamen, & ſacri geſtamen honoris
Accepit. tandem triſtitia occubuit.

Aſſumptus Anno 1481, mortuus 1493. apud Fratres Præd, in æde SS. Trinitatis, Cracouiæ ſepultus.

e. N-

XII.
ANDREAS BORZISSEVIVS ROSA.



L Embargam Roſa, Præmiſlamque ſimul decorabat,
Reſplendens bino, Præſulis officio,
Non tamen hic gemina potuit flos, ſede foveri,
Maturum excepit, Gneſna vetuſta ſinu.

Aſſumptus Anno 1494. tranſlatus Gneſnam Anno 1503

De eodem Ianitius.

VNa tot æſtates vixit Roſa, florida ſemper,

Et vernans, nullo tempore digna mori.

Cana quidem, ſed grata tamen fuit omnibus illis,

Qui choreas, ludos, deliciaſque colunt.

Mortuus Anno 1510. 20 Apr. Gneſnæ ſepultus.

BER-

XIII.
BERNARDINVS
WILCZEK ROSA.



TArtaricus furor, in flammas cinereſque redegit,
BERNARDINE tuo, tempore Ruſsiæ opes.
Arſerat & templum, reparas hoc, ſic bona cœpta
Ad finem optatum, prouehit ipſe DEUS.

Aſſumptus Anno 1503. mortuus 1540. Leopoli ſepultus.

Huius virtutes GREGORIVS Vigilantius Samboritanus, egregius Poeta, in ſua Ecloga, hoc depinxit carmine.

Hic Lupulus, ſpelæa, inter condenſa Leonis.
Velligeras ſeruauit oues, in pace beatus.
Paruit omnis ei regione caterua Ruthena,
Armeniæ Tigres, illum timuere benignum,
Ruſsiaci iuſtum formidauere Leones.
Dicite ſetigeri, quærenti dicite capri.
Quam veſter Lupulus, tandem conceſsit in oram?
Scilicet, in putri dormit reſolutus arena,
Non hoc, non (pro fata) reſurrecturus in anno.

PE-

XIIII.
PETRVS STARZE-CHOVIVS LELIVA.



VIta proba, inuito tibi, conciliauit honorem,
In quo cura, ſalus vtilitaſque gregis.
Ipſe ſacri, populo ſpargebas pabula verbi,
Multum Paſtoris, vox, pietaſque, valent.

Aſſumptus Anno 1540. mortuus 1554.
Leopoli ſepultus.

Eiuſdem pietatem idem GREGORIVS Poeta, ſequenti hoc carmine prædicat.

QVid tibi chare videtur amice, fuiſſe Starechusq́ʒ
Quam ſuper aſtra ſenex, merita cum laude ferendus eſt
O ſaluete ſacri, per pinguia paſcua montes,
In quibus ille ſedens, vberrima pabula noſtris,
Expoſuit, viuoſque recluſit, origine fontes.
Sternite odoratis, vmbroſum frondibus antrum.
Thuraque, per tumbam ſacris adolete Sabæis,
Addite perpetuis ſpirantia balſama guttis
Nec lacrymans abſit, ſtillanti lumine myrrha.
Omnes concurrant, maneant, celebrentur honores,
Hic vbi, tanta gregis deſerti cura quieſcit,

FELIX

XV.
FELIX LIGĘZA.



SPlendida menſa animo LIGĘZAE, & Muſicus ordo,
At propagandæ Relligionis amor.
Vis morbi, incautum oppreſsit, nec ponere formam,
Supremam rebus, mors inimica dedit.

Aſſumptus Anno 1555. mortuus 1560. Leopoli ſepultus.

Digitized by Google

XVI.
PAVLVS TARŁO.



VErus amator erat patriæ, illi publica curæ,
Vir grauis, & magnis dotibus ingenii,
Spaſmus at infelix, præcidit ſtamina vitæ,
Et mors, prouiſum ſuſtulit ante diem.

Aſſumptus Anno 1561. mortuus 1565. Leopoli ſepultus.

STA.

XVII.

STANISLAVS SŁO-MOVIVS.



L*aodicenſe pedum, tenuit SŁOMOVIVS ante,*
Iuſque dabat clero. Cruca decora tuo,
Metropolites poſt factus, conamine magno,
Promouit Cathedræ commoda quæque ſuæ.

Aſſumptus 1565. Mortuus 1575. Leopoli ſepultus.

Huius

Huius quoque laudes, idem GREGORIVS Pöëta, in Præfatione Coſtuli, tali extulit carmine.

ECce quod hoc inſigne domus, in limine pictum eſt,
Clara viri virtus, ſtemmate cuique pater.
Hanc STANISLAVS SLOMOVIVS incolit aulam,
Antiſtes ſummus, Ruſsica terra tuus.
Hic quondam Craci Iudex, electus in æde,
Non ſine laude fori, ſpiritualis erat.
Strictas ingenij ſoluebat acumine cauſſas,
Bina æquis trutinans, lancibus acta ſagax.
Clarior hinc multis, iuſto moderamine factis,
Laodicenſe fuit, Præſul in vrbe prius.
Inde per egregiæ, ſcandens virtutis honores,
Attigit hunc celſum, præmia iuſta gradum.
Nam Diuina pium manifeſto virgula nutu,
Auguſti Regis, gratia Sarmatici,
Publica duplicium, concors ſententia patrum,
Totiůs plenus gentis amore fauor,
Inter Ruſsiacos, præſentis lumina mundi
Pontifices, ſummum, iuſsit habere thronum.
Hic aluit noſtras, ſolita pietate Camęnas,
Sumpſimus ex huius, munera crebra manu.
Hunc ego præclarum vates heroa reuiſam,
Patrono grates, iure clientis agam.

78
78
———
156